LE

CHIESE D' ITALIA

XI.

LE

CHIESE D' ITALIA

XI.

LE
CHIESE D'ITALIA

DALLA LORO ORIGINE SINO AI NOSTRI GIORNI

OPERA

DI

GIUSEPPE CAPPELLETTI

PRETE VENEZIANO

VOLUME UNDECIMO

VENEZIA
NELLO STABILIMENTO NAZIONALE DELL'EDITORE
GIUSEPPE ANTONELLI
1856

LE

CHIESE D' ITALIA

XI.

LE
CHIESE D'ITALIA

DALLA LORO ORIGINE SINO AI NOSTRI GIORNI

OPERA

DI

GIUSEPPE CAPPELLETTI

PRETE VENEZIANO

VOLUME UNDECIMO

VENEZIA

NELLO STABILIMENTO NAZIONALE DELL'EDITORE

GIUSEPPE ANTONELLI

1856

STATI AUSTRO-ITALIANI.

MILANO

CHIESA ARCIVESCOVILE METROPOLITANA

E SUE SUFFRAGANEE

INTRODUZIONE

Opportunamente mi si presenta qui l'occasione di esporre la nuova riforma dell' ecclesiastica disciplina, concertata di fresco tra il sommo pontefice e l'augusto monarca nostro per tutte le diocesi dell' ampio suo impero; rimettendo nel primitivo vigore la giurisdizione e la libertà della Chiesa, compatibilmente con le leggi dello Stato. Imperciocchè le molte novità introdotte nelle chiese degli stati austriaci dall' imperatore Giuseppe II, continuate, poco più, poco meno, anche dopo la morte di lui, avevano in più e più cose legato e stravolto le canoniche leggi. Perciò appunto il pontefice Pio VI aveva intrapreso il viaggio di Vienna; perciò tra la corte imperiale e la romana era corso lungo e caldo carteggio; perciò l'imperatore fermo nel suo progetto, malgrado le rimostranze fattegli dal papa, aveva inviato al governatore e capitano generale della Lombardia austriaca un editto, che vieppiù ancora stringeva il potere ecclesiastico, ed applicava a sè non pochi diritti meramente episcopali o pontificii. Era espresso il suo editto nei termini seguenti:

« Dopo gli scambievoli schiarimenti, che in occasione della » dimora del papa nella nostra corte sono seguiti tra noi, circa » diversi oggetti ecclesiastici, compresi nei regolamenti da noi

» finora prescritti pel vantaggio della religione e dello stato,
» abbiamo trovato necessario spiegare le seguenti nostre de-
» terminazioni, per intelligenza e direzione dei rispettivi go-
» verni dei nostri dominj, e perchè questi ne procurino la
» piena esecuzione ed osservanza, — I.° resteranno ferme e
» perciò si dovranno osservare pienamente le nostre delibera-
» zioni già pubblicate sulla tolleranza cristiana in materia di
» religione; — II.° le stampe, opere, libri, che usciranno alla
» luce, dovranno essere rivedute dai nostri regii censori; ma
» ciò non impedirà, che i vescovi possano fare, come in ad-
» dietro, le loro rappresentanze al governo circa i libri, che
» fossero veramente nocivi alla nostra santa religione, e si
» dovranno prendere in considerazione tali rimostranze per la
» soppressione o proibizione dell'opera, rendendocene prima
» avvisati; — III.° dovrà mantenersi in vigore l'esercizio del
» regio diritto d'ispezione sopra i seminarj vescovili ed altri
» collegi di educazione del clero, tanto in ordine alla disciplina,
» quanto alle dottrine, che vi s'insegnano; — IV.° dovrà inti-
» marsi ai vescovi l'espressa nostra proibizione, che nessuno
» dei loro preti diocesani si faccia lecito in avvenire di pro-
» muovere dispute o questioni sia in voce, sia in iscritto, a
» favore o contro la bolla *Unigenitus*, e dovrà pure farsi sa-
» pere ai teologi, che debbano limitarsi a dare ai loro discepoli
» le necessarie nozioni intorno la esistenza, i motivi, il conte-
» nuto di questa bolla, senza poi proporvi sopra nè tesi nè
» argomenti di controversia e disputa, in veruna occasione e
» molto meno nelle pubbliche lezioni, negli esami e negli espe-
» rimenti; — V.° restando sempre nell'intiero suo vigore ed
» esercizio il supremo diritto del regio *exequatur*, tutte le
» bolle, che trattano di materie dommatiche non saranno sot-
» toposte a verun esame o censura, tostochè verranno ricono-
» sciute per tali; — VI.° l'arcivescovo di Milano e i vescovi
» della nostra Lombardia saranno obbligati in avvenire, al
» pari di tutti quelli degli altri nostri stati, a prestare, prima
» ch'entrino in possesso della rispettiva loro chiesa, uno

» speciale giuramento a noi, come legittimo loro sovrano, se-
» condo la formola, che sarà annessa, ed il governatore della
» Lombardia austriaca dovrà riceverlo in nome nostro da
» quelli che in avvenire saranno nominati ed eletti; — VII.°
» resta fermo similmente il disposto, che nessuno dei nostri
» sudditi possa ricorrere direttamente da sè a Roma per di-
» spense intorno gl' impedimenti matrimoniali nei gradi proi-
» biti di consanguineità ed affinità. I vescovi useranno in ciò
» liberamente del proprio originario diritto; ma quelli tra essi,
» che faranno difficoltà od avranno scrupolo di procedere *jure*
» *proprio*, non saranno in verun modo impediti dal farsi mu-
» nire dal Santo Padre delle facoltà, ch' eglino stimeranno op-
» portune e necessarie, purchè quelle vengano accordate loro
» vita durante e per ogni genere di persone rispetto alle di-
» spense nei gradi remoti, cioè terzo e quarto. E siccome nei
» gradi più prossimi non dee concedersi la dispensa, a norma
» delle disposizioni del concilio di Trento, se non rare volte
» e tra principi grandi o per motivo gravissimo o di pubblica
» causa, sarà in tali casi lasciato aperto ai vescovi diocesani
» l' adito di ricorrere a Roma, previa sempre però la nostra
» permissione, la quale non verrà concessa che dietro i termini
» prescritti. Dovrà pertanto la domanda presentarsi al go-
» verno, esponendo i motivi; e se questi saranno frivoli o
» insufficienti, saranno rigettati, se giusti e qualificati, il go-
» verno potrà permettere, che se ne faccia l' istanza per la
» dispensa pontificia. — VIII.° le disposizioni già da noi ema-
» nate per la soppressione dei monasteri di alcuni religiosi
» dovranno avere il loro pieno effetto, e similmente quelle, che
» riguardano la separazione dei monasteri sussistenti, dai ge-
» nerali e congregazioni dei loro ordini, residenti fuori degli
» stati austriaci e la loro perfetta subordinazione alla potestà
» ordinaria dei vescovi. Soltanto vogliamo permettere, che i
» provinciali o capi delle congregazioni nazionali, che saranno
» nuovamente eletti, possano notificare la loro elezione al ge-
» nerale del rispettivo istituto, con semplice lettera di avviso,

» e a sigillo volante, la quale si dovrà presentare al governo,
» e se sarà nelle forme prescritte s' invierà al nostro ministro
» residente in Roma, e per lo stesso canale ritornerà la rispo-
» sta del generale; e qualora da tuttociò risulti un qualche
» incidente o caso nuovo, il governo ne darà parte al nostro
» cancelliere di corte e di stato. »

Ed in aggiunta a queste determinazioni, mandava l'imperatore altri due articoli relativi al concordato conchiuso da lui col papa, circa i vescovati della Lombardia. In essi diccvasi, che « le cattedrali della Lombardia austriaca, come l' arcive-
» scovato di Milano, il vescovato di Mantova, e i quattro ve-
» scovati del milanese, Pavia, Cremona, Lodi e Como, do-
» vranno dipendere dall'immediata nomina del governo. Quan-
» to a questi quattro ultimi si avrà particolare riguardo per i
» soggetti raccomandati dal papa; e perciò nella vacanza di
» uno di essi, il governo ne farà consapevole immediatamente
» il ministro imperiale di Roma, acciocchè ne dia avviso al
» santo Padre; e nel tempo stesso si dovrà farne sapere a
» Vienna l'avvenuta morte, unendovi le informazioni oppor-
» tune. Nel caso poi di vacanza della sede arcivescovile di Mi-
» lano, la città potrà usare del suo diritto e supplicare per la
» elezione di uno de'suoi patrizii. »

Tal era sotto l'imperatore Giuseppe II lo stato della disciplina ecclesiastica, siccome in tutto l' impero d'Austria, così anche nelle provincie della Lombardia austriaca, le quali allora si riducevano alle sole summentovate, giacchè le altre di Crema, di Bergamo, e di Brescia appartenevano alla repubblica di Venezia, benchè le due ultime dipendessero dalla giurisdizione metropolitica di Milano, e la prima dall' arcivescovo di Bologna. Ma quando entrarono e queste e tutte le altre veneziane provincie a formar parte del vasto impero dell'Austria, anche elleno furono sottoposte alle medesime discipline. E continuarono ad esserlo sino ai nostri giorni.

Saggio consiglio della religiosa pietà dell'augusto monarca oggidì felicemente regnante, FRANCESCO GIUSEPPE I, si fu di

ridonare alla Chiesa, se non in tutto, certo in grande parte, la primitiva sua libertà. Maneggiò pertanto un Concordato con la santa Sede, e ne conchiuse solennemente gli articoli, con autentico documento, nel giorno 18 agosto dello scorso anno 1855. Qui pertanto e' non prima, benchè appartenga esso anche alle altre chiese austro-italiane, di cui ho trattato, poteva offrirmisi occasione di parlarne; perchè quando scrissi di quelle, non era ancora conchiuso: qui perciò appunto lo devo recare nella sua integrità, essendo il documento, che stabilisce la odierna disciplina ecclesiastica delle nostre provincie, considerata nei suoi rapporti con la civile potestà. Esso è inserito in una bolla apostolica del 3 novembre dell'anno stesso, la quale è del tenore seguente, pubblicata dal sommo pontefice il dì medesimo, nel suo concistoro secreto dopo avervi tenuto eloquente allocuzione..

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

« Deus humanae salutis auctor, qui super petram fundavit Ecclesiam, mirabilia in ea quotidie operatur, spiritum » manifestando consilii, sapientiae et fortitudinis, ne ipsa adversa quaeque aut infensa unquam extimescat, imo constantior et firmior in his inveniatur, atque in soliditate fidei pro » tuenda justitia roboretur. Quo sane spiritu ab eo ducti beatus Petrus et Romani Pontifices successores ejus, Apostolicae » exercentes servitutis officium, tempestates redegerunt in tranquillum, fecerunt aspera in vias planas, atque ea jugiter » operati sunt, quae christiano populo ad quietem et ad vitam » profuerunt sempiternam. Et Nobis, qui, Deo sic disponente, » fuimus in tanto publicarum rerum motu et conversione, quam » nemo non novit, ad regimen vocati universalis Ecclesiae, non » modo ipse adfuit clementissime liniendo angustias et tribulationes, sed et magnam interdum causam afferendo et gaudii

» et consolationis. Divinae miserationis argumentum est quod
» amplissimi Imperii Austriaci ditioni eum Principem novissime
» praeposuerit, in quo summa sunt omnia, et cui hoc est ma-
» xime persuasum sic a Deo fuisse mortalia composita et di-
» stributa, ut inter se copulentur Sacerdotium et Imperium ad
» humani generis incolumitatem. Et vero gravissima diutur-
» naque mala, quae in Austriaci Imperii ditionibus dudum Ec-
» clesia Dei et Religio Catholica experiebantur, nunquam non
» reparare studuerunt Romani Pontifices decessores nostri. Ve-
» rum Dei gratia, ac carissimi in Christo Filii nostri Francisci
» Josephi Austriae Imperatoris Regis Apostolici insigni pie-
» tate ac religione nunc tandem factum est, ut Ecclesiastica
» religiosaque ejusdem inclyti Imperii negotia opportune com-
» ponere Nos potuerimus. Conventione solemni hoc egimus,
» cui Dilectus Filius Noster Michael S. R. E. Presbyter Car-
» dinalis Viale Prelà apud Vindobonensem Aulam Imperialem
» a pluribus jam annis Nuntius Apostolicus, honore auctus
» Plenipotentiarii Nostri, ac Venerabilis Frater Joseph Oth-
» marus Archiepiscopus Vindobonensis Imperatoris Austriae
» Plenipotentiarius die decima octava Augusti proximi subscri-
» pserunt. Constitutum primo in eadem Conventione est, ut
» Religio Catholica Apostolica Romana in toto Austriae Im-
» perio, et singulis quibus constat ditionibus serta tecta con-
» servetur cum iis juribus et praerogativis, quibus ex Divina
» institutione sua, et Sacrum Canonum sanctione ipsa potitur.
» Et in rebus spiritualibus et negotiis ecclesiasticis libera pror-
» sus nullique civilis gubernii veniae erit obnoxia sive Epi-
» scoporum, sive Cleri, sive Populi cum hac Apostolica Sede
» communicatio, nec super negotia eadem Nostrae aut Succes-
» sorum Nostrorum Pontificiae auctoritatis exercitium ullo
» modo impedietur. Episcopis asserta et vindicata potestas est
» libere communicandi cum propriae Dioecesis clero et populo,
» eaque omnia exercendi quae propria sunt pastoralis officii.
» Eorum auctoritati subsunt seminaria, in quae adolescentes
» excipient ad sortem Domini vocatos, iisque rectores ac

» magistros libere praeficient. Publicas preces, supplicationes
» sacras, peregrinationes, et ecclesiasticas alias functiones, ca-
» nonum servatis praescriptis, indicere et moderari Episcopo-
» rum est, unaque ad eos spectat Synodos Dioecesanos, vel
» Provincialia Concilia convocare et celebrare, opportuna quae-
» que in illis statuere, ac statuta in lucem edere et evulgare.
» Libera item Episcoporum est animadvertendi potestas in
» propria Dioecesis clericos, nec unquam ipsi impedientur
» quominus etiam in laicos sacrarum legum et canonum
» transgressores censuris Ecclesiae animadvertant. Atque ad
» puritatem doctrinae Catholicae tuendam, et ad morum ho-
» nestatem ac probitatem strenue servandam statutum est, ut
» iidem Episcopi libros religioni aut bonis moribus adversos
» censura ecclesiastica libere perstringant, quos ab imperii di-
» tionibus avertere ac propulsare civilis auctoritatis administri
» omnino studio contendent. Egimus etiam in eadem conven-
» tione de causis ecclesiasticis, de matrimonialibus ac de spon-
» salibus ab ecclesiastica potestate pro religiosa eorumdem in-
» dole cognoscendis ac dijudicandis. De Regularium familiis cau-
» tum est, ut decretis Sedis Apostolicae servatis, ad propria
» tirocinia atque ad religiosae vitae professionem in tota Au-
» striaci Imperii ditione postulantes libere admittantur: nec
» ullum erit illic impedimentum, quo Praesides generales heic
» Romae communicent in iis, quae regularis instituti sunt, cum
» suis sodalibus, aut eorumdem visitationem in Austriaci Im-
» perii ditionibus instituant. Christianae juvenum educationi
» sedulo prospeximus, et nativam Episcoporum in gravissima
» hac sane re potestatem tueri et propugnare studuimus. Eo-
» rumdem vigilantiae in tota Austriaci Imperii ditione scholae
» suberunt tum publicae tum privatae ad catholicam juventu-
» tem erudiendam institutae: docendi ratio cum doctrina
» omnino congruet religionis sanctissimae; Episcopi de libris
» judicabunt qui magis usui esse possint juventuti in religione
» instituendae. Magistri aut professoris munus in gymnasiis,
» aut scholis, quos frequentat juventus catholica, obibunt

» catholici homines: theologiam ac sacras disciplinas tam publi-
» ce quam privatim ii solummodo docebunt, quibus Episcopi
» id rite pro cognita eorumdem scientia, fide ac pietate censue-
» rint permittendum. Et pro custodienda in qualibet Dioecesi
» fidei morumque doctrina, pro disciplina Ecclesiae tutanda, pro
» sacris ejus ritibus, caeremoniis atque institutionibus tuen-
» dis asservandisque, praesidium, quum opus fuerit, Episco-
» pis praesto erit Imperialis Gubernii, quod et efficax praesta-
» bit cum in clericos officii sui oblitos poenis Episcopi iidem
» animadverterint. Enim vero Imperator religiosissimus omni-
» bus Imperii sui magistratibus mandabit, ut sacris antistiti-
» bus et Clero omnem continuo exibeant honorem et reve-
» rentiam.

» Episcopi curam animarum dignis atque idoneis parochis,
» publico indicto concursu, ac servatis Tridentini Concilii
» praescriptis, committent. De Canonicorum Collegiis Eccle-
» siarum Cathedralium in quibus collationi Nostrae et Sedis
» Apostolicae primam aut alteram, si illa laicalis patronatus
» fuerit, dignitatem reservavimus, salvo Celsissimi Imperatoris
» nec non Patronorum jure nominandi, cautum est, ut illis
» ecclesiasticis Viris locus ad ea pateat, qui et dotes habeant
» a sacris canonibus requisitas, et in munere procurationis ani-
» marum, vel in tradendis sacris disciplinis aut aliis ecclesiasti-
» cis negotiis expediendis fuerint cum laude versati. Praeben-
» dam Canonici poenitentiarii ac theologalis in Cathedralibus
» ipsis, ubi illae adhuc desint, ac theologalis in Collegiatis Ec-
» clesiis Episcopi, juxta modum ab eadem Tridentina Synodo
» ac pontificiis decretis praescriptum, ubi primum fieri potue-
» rit, constituent, easque ecclesiasticis viris magis idoneis con-
» ferent. Episcoporum jus erit minora beneficia instituere, et
» collatis pro convenienti dote redituum cum Imperatore et
» Rege Apostolico consiliis, limites paraeciarum statuere, eas-
» que dividere aut insimul conjungere.

» Jus Ecclesiae possidendi et acquirendi quaecumque bona
» stabilia et frugifera ita agnitum ac firmatum in hac

» Conventione fuit, ut ea quae nunc illa possidet, aut sequenti
» tempore in quibuslibet Austriaci Imperii regionibus possi-
» debit, integra atque inviolata prorsus esse debeat. Et de Ec-
» clesiae decimis, quae apud plerasque ejus imperii regiones in
» praeterita publicarum rerum conversione abolitae civili lege
» fuerunt, cautum est, ut salvo jure eas exigendi, ubi adhuc
» de facto existunt, amissae bonis fundisque stabilibus aut pe-
» cunia super publico Imperii aerario assignatae compensentur.
» Et quoniam plurima in Austriaci Imperii ditione bona sunt,
» quae mensam, sive *fundos*, ut aiunt, religionis ac studiorum
» constituunt, quaeque sui originem ab Ecclesia repetunt, haec
» ut Ecclesiae nomine, et Episcopis inspicientibus administren-
» tur oportet, ea insuper conditione adjecta, ut subinde de Nostro
» ac Celsissimi Austriae Imperatoris consilio dividi illa possint ac
» stabilis dotis titulo sacris aedibus, clericorum seminariis, aut
» aliis quibusve ecclesiasticis institutis valeant assignari. At vero
» ab piissimi Imperatoris animo expectandum certissime est, ut
» quae nunc Ecclesiarum necessitatibus praesto sunt ex pu-
» blico aerario subsidia augeantur, et pauperum parochorum
» sustentationi ac decori consultius prospiciatur. Dioeceses nu-
» mero augere, earumque novam statuere in ditionibus Au-
» striaci Imperii circumscriptionem sancitum pariter est; ad-
» eoque, quum id noverimus animarum bonum postulare, col-
» latis cum eodem Austriae Imperatore et Rege Apostolico con-
» siliis, prompto alacrique animo praestabimus.

» Haec atque alia, quae ad sanctissimae Religionis tutelam,
» ad catholicae fidei in ditionibus Austriaci Imperii incre-
» mentum, pro locorum ac temporum ratione magis necessa-
» ria atque opportuna in Domino cognovimus, pacta et pro-
» missa in eadem Conventione sunt. Cum itaque omnia et
» singula promissa, pacta et concordata in omnibus et singulis
» punctis, clausulis, articulis et conditionibus tum a Nobis, tum
» a Carissimo in Christo Filio Nostro Francisco Josepho Au-
» striae Imperatore Rege Apostolico fuerint approbata, con-
» firmata, et ratificata, pro firmiori eorum subsistentia robur

» adiicere voluimus Apostolicae firmitatis, ac solemniorem au-
» ctoritatem et decretum interponere. Hisce idcirco Litteris
» Nostris Apostolicis nota facimus quaecumque pro catholicae
» religionis bono, ac fidei orthodoxae et ecclesiasticae discipli-
» nae incremento in tota Austriaci Imperii ditione fuerunt
» constituta. Initae autem Conventionis tenor est qui sequitur,
» videlicet.

Conventio inter Sanctissimum Dominum Pium IX, Summum Pontificem, et Majestatem suam C. R. A. Franciscum Josephum I. Austriae Imperatorem.

IN NOMINE SANCTISSIMAE ET INDIVIDVAE TRINITATIS.

ARTICVLVS I. « Religio catholica Apostolica Romana in toto
» Austriae Imperio et singulis, quibus constituitur, Ditio-
» nibus, sarta tecta conservabitur semper cum iis juribus
» et praerogativis, quibus frui debet ex Dei ordinatione,
» et canonicis sanctionibus.

ARTICVLVS II. » Cum Romanus Pontifex primatum tam ho-
» noris quam jurisdictionis in universam, qua late patet,
» Ecclesiam jure divino obtineat, Episcoporum, Cleri et
« populi mutua cum Sancta Sede communicatio in rebus
» spiritualibus et negotiis ecclesiasticis nulli *placitum re-*
» *gium* obtenendi necessitati suberit, sed prorsus libera erit.

ARTICVLVS III. » Archiepiscopi, Episcopi omnesque locorum
» Ordinarii cum Clero et populo dioecesano pro munere
» officii pastoralis, libere communicabunt, libere item suas
» de rebus ecclesiasticis instructiones et ordinationes pu-
» blicabunt.

ARTICVLVS IV. » Archiepiscopis et Episcopis id quoque omne
» exercere liberum erit, quod pro regimine Dioecesium
» sive ex declaratione, sive ex dispositione sacrorum Ca-
» nonum juxta praesentem et a Sancta Sede adprobatam
» Ecclesiae disciplinam ipsis competit, ac praesertim:

a) » Vicarios, Consiliarios et adjutores administrationis suae
» constituere ecclesiasticos, quoscumque ad praedicta of-
» ficia idoneos judicaverint.
b) » Ad statum clericalem assumere et ad sacros ordines secun-
» dum Canones promovere, quos necessarios aut utiles
» dioecesibus suis judicaverint, et e contrario, quos indi-
» gnos censuerint, a susceptione ordinum arcere.
c) » Beneficia minora erigere, atque collatis cum Caesarea Ma-
» jestate consiliis, praesertim pro convenienti redituum as-
» signatione, Parochias instituere, dividere vel unire.
d) » Praescribere preces publicas, aliaque pia opera, cum id
» bonum Ecclesiae aut Status populive postulet, sacras
» pariter supplicationes et peregrinationes indicere, funera
» aliasque omnes sacras functiones, servatis quoad omnia
» canonicis praescriptionibus, moderari.
e) » Convocare et celebrare ad sacrorum Canonum normam
» concilia provincialia et Synodos dioecesanas, eorumque
» acta vulgare.

ARTICVLVS V. » Omnis juventutis catholicae institutio in cun-
» ctis scholis tam publicis quam privatis conformis erit
» doctrinae Religionis catholicae; Episcopi autem ex pro-
» prii pastoralis officii munere dirigent religiosam juven-
» tutis educationem in omnibus instructionis locis et pu-
» blicis et privatis, atque diligenter advigilabunt, ut in
» quavis tradenda disciplina nihil adsit, quod catholicae
» Religionis, morumque honestati adversetur.

ARTICVLVS VI. » Nemo sacram Theologiam, disciplinam ca-
» techeticam vel religionis doctrinam in quocumque insti-
» tuto vel publico vel privato tradet, nisi cum missionem
» tum auctoritatem obtinuerit ab Episcopo dioecesano,
» cujus eamdem revocare est, quando id opportunum
» censuerit. Publici Theologiae professores et disciplinae
» catecheticae magistri, postquam sacrorum Antistes de
» candidatorum fide, scientia ac pietate sententiam
» suam exposuerit, nominabuntur ex iis, quibus docendi

» missionem et auctoritatem conferre paratum se exhibue-
» rit. Ubi autem theologicae facultatis professorum quidam
» ab Episcopo ad Seminarii sui alumnos in Theologia eru-
» diendos adhibere solent, in ejusmodi professores nunquam
» non assumentur viri, quos sacrorum Antistes ad munus
» praedictum obeundum prae ceteris habiles censuerit.
» Pro examinibus eorum, qui ad gradum doctoris Theo-
» logiae vel sacrorum Canonum adspirant, dimidiam par-
» tem examinantium Episcopus dioecesanus ex doctoribus
» Theologiae vel sacrorum Canonum constituet.

ARTICVLVS VII. » In gymnasiis et omnibus, quas medias vo-
» cant, scholis pro juventute catholica destinatis, non nisi
» viri catholici in professores seu magistros nominabuntur,
» et omnis institutio ad vitae Christianae legem cordibus
» inscribendam pro rei, quae tractatur, natura composita
» erit. Quinam libri in iisdem scholis, ad religiosam tra-
» dendam instructionem adhibendi sint, Episcopi collatis
» inter se consiliis statuent. De Religionis magistris pro
» publicis gymnasiis mediisque scholis deputandis, firma
» manebunt, quae hac de re salubriter constituta sunt.

ARTICVLVS VIII. » Omnes scholarum elementarium pro ca-
» tholicis destinatarum magistri inspectioni ecclesiasticae
» subditi erunt. Inspectores scholarum dioecesanos Maje-
» stas Sua Caesarea ex viris ab Antistite dioecesano pro-
» positis nominabit. Casu quo iisdem in scholis instru-
» ctioni religiosae haud sufficienter provisum sit, Episco-
» pus virum ecclesiasticum, qui discipulis catechismum
» tradat, libere constituet. In ludimagistrum assumendi
» fides et conversatio intemerata sit oportet. Loco move-
» bitur, quia recto tramite deflexerit.

ARTICVLVS IX. » Archiepiscopi, Episcopi, omnesque locorum
» Ordinarii propriam auctoritatem omnimoda libertate
» exercebunt, ut libros Religioni, morumque honestate
» perniciosos censura perstringant et fideles ab eorumdem
» lectione avertant. Sed et Gubernium, ne ejusmodi libri

» in Imperium divulgentur, quovis opportuno remedio
» cavebit.

ARTICVLVS X. » Quum causae ecclesiasticae omnes, et in specie
» quae fidem, sacramenta, sacras functiones nec non officia
» et jura ministerio sacro annexa respiciunt, ad Ecclesiae
» forum unice pertineant, easdem cognoscet judex eccle-
» siasticus, qui perinde de caussis quoque matrimonialibus
» juxta sacros Canones et Tridentina cum primis decreta
» judicium feret, civilibus tantum matrimonii effectibus ad
» judicem saecularem remissis. Sponsalia quod attinet,
» auctoritas ecclesiastica judicabit de eorum existentia et
» quoad matrimonium impediendum effectibus servatis
» quae idem Concilium Tridentinum et Apostolicae litterae
» quarum initium : *Auctorem fidei*, constituunt.

ARTICVLVS XI. » Sacrorum Antistitibus liberum erit in Cle-
» ricos honestum habitum clericalem eorum ordini et di-
» gnitati congruentem non deferentes, aut quomodocumque
» reprehensione dignos, poenas a sacris Canonibus statutas
» et alias, quas ipsi Episcopi convenientes judicaverint,
» infligere, eosque in monasteriis, Seminariis, aut domibus
» ad id destinandis custodire. Iidem nullatenus impedien-
» tur, quominus censuris animadvertant in quoscunque
» fideles ecclesiasticarum legum et Canonum transgres-
» sores.

ARTICVLVS XII. » De jurepatronatus judex ecclesiasticus cogno-
» scet; consentit tamen Sancta Sedes, ut quando de laicali
» patronatu agatur, tribunalia saecularia judicare possint
» de successione quoad eumdem patronatum, seu contro-
» versiae ipsae inter veros et suppositos patronos agantur,
» seu inter ecclesiasticos viros, qui ab iisdem patronis de-
» signati fuerint.

ARTICVLVS XIII. » Temporum ratione habita Sanctitas Sua
» consentit, ut Clericorum causas mere civiles, prout con-
» tractuum, debitorum, haereditatum, judices saeculares
» cognoscant et definiant.

ARTICVLVS XIV. » Eadem de causa Sancta Sedes haud impedit,
» quominus caussae ecclesiasticorum pro criminibus seu
» delictis, quae poenalibus Imperii legibus animadvertun-
» tur, ad judicem laicum deferantur; cui tamen incumbet,
» Episcopum ea de re absque mora certiorem reddere. Prae-
» terea in reo deprehendendo et detinendo ii adhibebun-
» tur modi, quos reverentia status clericalis exigit. Quod
» si in ecclesiasticum virum mortis, vel carceris ultra quin-
» quenium duraturi sententia feratur, Episcopo nunquam
» non acta judiciaria communicabuntur, et condemnatum
» audiendi facultas fiet; in quantum necessarium sit, ut de
» poena ecclesiastica eidem infligenda cognoscere possit.
» Hoc idem, Antistite petente, praestabitur, si minor poena
» decreta fuerit. Clerici carceris poenam semper in locis
» a saecularibus separatis luent. Quod si autem ex delicto
» vel transgressione condemnati fuerint in monasterio vel
» alia ecclesiastica domo recludentur.

» In hujus Articuli dispositione minime comprehendun-
» tur causae majores, de quibus sacrum Concilium Tri-
» dentinum, *sess. XXIV, c.* 5, *de reform.* decrevit. Iis
» pertractandis Sanctissimus Pater, et Majestas Sua Cae-
» sarea, si opus fuerit, providebunt.

ARTICVLVS XV. » Ut honoretur domus Dei, qui est Rex Re-
» gum et Dominus Dominantium, sacrorum templorum
» immunitas servabitur, in quantum id publica securitas,
» et ea, quae justitia exigit, fieri sinant.

ARTICVLVS XVI. » Augustissimus Imperator non patietur, ut
» Ecclesia Catholica ejusque fides, liturgia, institutiones,
» sive verbis, sive factis, sive scriptis contemnantur, aut
» Ecclesiarum Antistites vel ministri in exercendo munere
» suo pro custodienda praesertim fidei ac morum doctrina
» et disciplina Ecclesiae impediantur. Insuper efficax, si
» opus fuerit, auxilium praestabit, ut sententiae ab Epi-
» scopis in Clericos officiorum oblitos latae executioni
» demandentur.

» Desiderans praeterea, ut debitus juxta divina mandata
» sacris Ministris honor servetur, non sinet quidquam fieri,
» quod dedecus eisdem afferre, aut eos in contemptum ad-
» ducere possit, immo vero mandabit, ut omnes Imperii
» sui Magistratus et ipsis Archiepiscopis seu Episcopis et
» Clero quacunque occasione reverentiam atque honorem
» eorum dignitati debitum exhibeant.

ARTICVLVS XVII. » Seminaria episcopalia conservabuntur, et
» ubi dotatio eorum haud plene sufficiat fini, cui ad men-
» tem sacri Concilii Tridentini inservire debent, ipsi au-
» gendae congruo modo providebitur. Praesules dioecesani
» eadem juxta sacrorum Canonem normam, pleno et libero
» jure gubernabunt et administrabunt. Igitur praedictorum
» Seminariorum rectores et professores seu magistros no-
» minabunt, et quotiescunque necessarium aut utile ab
» ipsis censebitur, removebunt. Adolescentes et pueros in
» iis efformandos recipient, prout Dioecesibus suis expe-
» dire in Domino judicaverint. Qui studiis in Seminariis
» hisce vacaverint, ad scholas alius cujuscunque instituti,
» praevio idoneitatis examine, admitti, nec non, servatis
» servandis, pro qualibet extra Seminarium cathedra con-
» currere poterunt.

ARTICVLVS XVIII. » Sancta Sedes, proprio utens jure, novas
» Dioeceses eriget ac novas earumdem peraget circum-
» scriptiones, cum id spirituale fidelium bonum postula-
» verit. Verumtamen quando id contingerit, cum Guber-
» nio Imperiali consilia conferet.

ARTICVLVS XIX. » Majestas sua Caesarea in seligendis Epi-
» scopis, quos vigore privilegii Apostolici a Serenissimis
» Antecessoribus suis ad ipsam devoluti a Sancta Sede
» canonice instituendos praesentat seu nominat, in poste-
» rum quoque Antistitum imprimis comprovincialium
» consilio utetur.

ARTICVLVS XX. » Metropolitae ac Episcopi, antequam Eccle-
» siarum suarum gubernacula suscipiant, coram Caesarea

» Majestate fidelitatis juramentum mittent sequentibus
» verbis expressum: « Ego juro et promitto ad Sancta
» Dei Evangelia, sicut decet Episcopum, obedientiam et
» fidelitatem Caesareo-Regiae Apostolicae Majestati et
» successoris Suis: juro item et promitto, me nullum com-
» municationem habiturum nullique consilio interfuturum,
» quod tranquillitati publicae noceat, nullamque suspectam
» unionem neque intra neque extra imperii limites con-
» servaturum, atque si publicum aliquod periculum im-
» minere resciverim, me ad illud avertendum nihil omis-
» surum.

ARTICVLVS XXI. « In cunctis Imperii partibus Archiepiscopis,
» Episcopis et viris ecclesiasticis omnibus liberum erit, de
» iis, quae mortis tempore relicturi sint disponere juxta
» sacros Canones, quorum praescriptiones et a legitimis
» eorum haeredibus ab intestato successuris diligenter ob-
» servandae erunt. Utroque tamen in casu excipientur
» Antistitum dioecesanorum ornamenta et vestes pontifica-
» les, quae omnia veluti mensae episcopali propria erunt
» habenda et ideo ad Successores Antistites transibunt. Hoc
» idem observabitur quoad libros, ubi usu receptum est.

ARTICVLVS XXII. » In omnibus Metropolitanis seu Archiepi-
» scopalibus suffraganeisque Ecclesiis Sanctitas Sua pri-
» mam Dignitatem conferet, nisi patronatus laicalis privati
» sit, quo casu secunda substituetur. Ad caeteras Dignitates
» et praebendas canonicales Majestas Sua nominare perget,
» exceptis permanentibus iis, quae liberae collationis epi-
» scopalis sunt, vel juri patronatus legitime acquisito sub-
» jacent. In praedictarum Ecclesiarum Canonicos non
» assumerentur nisi sacerdotes, qui et dotes habeant a Ca-
» nonibus generaliter praescriptas, et in cura animarum
» aut in negotiis ecclesiasticis, seu in disciplinis sacris tra-
» dendis cum laude versati fuerint. Sublata insuper erit
» natalium nobilium, seu nobilitatis titulorum necessitas,
» salvis tamen conditionibus, quas in fundatione adjectas

» esse constet. Laudabilis vero consuetudo, Canonicatus
» publico indicto concursu conferendi, ubi viget, diligenter
» conservabitur.

ARTICVLVS XXIII. » In Ecclesijs Metropolitanis et Episcopa-
» libus, ubi desint, tum Canonicus Poenitentiarius, tum
» Theologalis, in Collegiatis vero Theologalis Canonicus,
» juxta modum a sacro Tridentino Concilio praescriptum
» (*sess. V, c. 1, et sess. XXIV, c. 8 de reform.*), ut
» primum fieri potuerit, constituentur, Episcopis praefatas
» praebendas secundum ejusdem Concilii sanctiones et
» Pontificia respective decreta conferentibus.

ARTICVLVS XXIV. » Parochiis omnibus providebitur publico
» indicto concursu et servatis Concilii Tridentini praescri-
» ptionibus. Pro parochiis ecclesiastici patronatus praesen-
» tabunt patroni unum ex tribus, quos Episcopus enuntiatà
» superius forma proposuerit.

ARTICVLVS XXV. » Sanctitas Sua, ut singularis benevolentiae
» testimonium Apostolicae Francisci Josephi Imperatoris
» et Regis Majestate praebeat, Eidem atque catholicis Ejus
» in Imperio successoribus indultum concedit, nominandi
» ad omnes Canonicatus et Parochias, quae juri-patronatus
» ex fundo Religionis seu studiorum derivanti subsunt,
» ita tamen, ut seligat unum ex tribus, quos publico con-
» cursu habito Episcopus ceteris digniores judicaverit.

ARTICVLVS XXVI. » Parochiis quae congruam (pro temporum
» et locorum ratione) sufficientem non habeant, dos, quam
» primum fieri poterit, augebitur, et parochis catholicis ri-
» tus orientalis eodem ac latini modo consuletur. Ceterum
» praedicta non respiciunt Ecclesias parochiales juris-pa-
» tronatus sive ecclesiastici sive laicalis, canonice adquisiti,
» quarum onus respectivis patronis incumbet. Quod si pa-
» troni obligationibus eis a lege ecclesiastica impositis haud
» plene satisfaciant, et presertim, quando parocho dos ex
» fundo Religionis constituta sit, attentis pro rerum statu
» attendendis, providendum erit.

ARTICVLVS XXVII. » Cum jus in bona ecclesiastica ex canonica
» institutione derivet, omnes, qui ad beneficia quaecunque
» vel majora, vel minora nominati seu praesentati fuerint,
» bonorum temporalium eisdem annexorum administra-
» tionem non nisi virtute canonicae institutionis assumere
» poterunt. Praeterea in possessione Ecclesiarum cathe-
» dralium, bonorumque annexorum, quae in canonicis
» sanctionibus, et praesertim in Pontificali et Caeremoniali
» Romano praescripta sunt, accurate observabuntur, quo-
» cumque usu sive consuetudine in contrarium sublata.

ARTICVLVS XXVIII. » Regulares qui secundum Ordinis sui
» constitutiones subjecti sunt Superioribus Generalibus
» penes Apostolicam Sedem residentibus, ab iisdem re-
» gentur ad praefatarum constitutionum normam, salva
» tamen Episcoporum auctoritate juxta canonum et tri-
» dentini praecipue Concilii sanctiones. Igitur praedicti
» Superiores Generales cum subditis, cunctis in rebus ad
» ministerium ipsis incumbens spectantibus, libere com-
» municabunt, libere quoque visitationem in eosdem exer-
» cebunt. Porro regulares absque impedimento respectivi
» Ordinis, Instituti seu Congregationis regulas observa-
» bunt, et juxta Sanctae Sedis praescriptiones candidatos
» ad novitiatum et ad professionem religiosam admittent.
» Haec omnia pariter observabuntur quoad moniales in
» iis, quae ipsas respiciunt.

» Archiepiscopis et Episcopis liberum erit, in propriis
» Dioecesibus Ordines seu Congregationes religiosas utrius-
» que sexus juxta sacros canones constituere; communica-
» bunt tamen ea de re cum Gubernio Imperiali consilia.

ARTICVLVS XXIX. » Ecclesia jure suo pollebit, novas justo
» quovis titulo libere acquirendi possessiones, ejusque
» proprietas in omnibus, quae nunc possidet, vel in po-
» sterum acquiret, inviolabilis solemniter erit. Proinde
» quoad antiquas novasque ecclesiasticas fundationes nulla
» vel suppressio vel unio fieri poterit, absque interventu

» auctoritatis Apostolicae Sedis, salvis facultatibus a Sacro
» Concilio Tridentino Episcopis tributis.

ARTICVLVS XXX. » Bonorum ecclesiasticorum administratio
» apud eos erit ad quos secundum Canones spectat. At-
» tentis autem subsidiis, quae Augustissimus Imperator
» ad Ecclesiarum necessitatibus providendum ex publico
» aerario benigne praestat et praestabit, eadem bona vendi
» vel notabili gravari onere non poterunt, nisi tum Sancta
» Sedes tum Majestas sua Caesarea, aut ii, quibus hoc
» munus demandandum duxerint, consensum tribuerint.

ARTICVLVS XXXI. » Bona quae fundos, uti appellant Religio-
» nis et studiosum constituunt, ex eorum origine ad Ec-
» clesiae proprietatem spectant, et nomine Ecclesiae ad-
» ministrabuntur, Episcopis inspectionem ipsis debitam
» exercentibus, juxta formam, de qua Sancta Sedes cum
» Majestate Sua Caesarea conveniet.

» Reditus fundi Religionis, donec, collatis inter Apo-
» stolicam Sedem et Gubernium Imperiale consiliis, fun-
» dus ipse dividatur instabiles et ecclesiasticas dotationes,
» erunt erogandi in divinum cultum, in Ecclesiarum aedi-
» ficia et in Seminaria, et in ea omnia, quae ecclesiasticum
» respiciunt ministerium. Ad supplenda quae desunt Ma-
» jestas Sua eodem quo hucusque modo in posterum
» quoque gratiose succurret; immo si temporum ratio
» permittat, et ampliora subministraturus est subsidia.
» Pari modo reditus fundi studiorum unice impendentur
» in catholicam institutionem et juxta piam fundatorum
» mentem.

ARTICVLVS XXXII. » Fructus beneficiorum vacantium, in
» quantum hucusque consuetum fuit, inferentur fundo
» Religionis, eique Majestas Sua Caesarea proprio motu
» assignat quoque Episcopatuum et Abbatiarum saecula-
» rium per Hungariam et ditiones quondam annexas va-
» cantium reditus, quos ejusdem in Hungariae regno Prae-
» decessores per longam saeculorum seriem tranquille

» possederunt. In illis Imperii provinciis, ubi fundus Reli-
» gionis haud extat, pro quavis Dioecesi instituentur
» Commissiones mixtae, quae juxta formam et regulam,
» de quibus Sanctitas Sua cum Caesarea Majestate con-
» venient, tam mensae episcopalis quam beneficiorum
» omnium bona vacationis tempore administrabunt.

ARTICVLVS XXXIII. » Cum durante praeteritarum vicissitu-
» dinum tempore, plerisque in locis Austriacae ditionis
» ecclesiasticae decimae civili lege de medio sublatae fue-
» rint, et attentis peculiaribus circumstantiis fieri non
» possit, ut earumdem praestatio in toto Imperio restitua-
» tur, instante Majestate Sua et intuitu tranquillitatis pu-
» blicae, quae Religionis vel maxime interest, Sanctitas Sua
» permittit ac statuit, ut salvo jure exigendi decimas, ubi
» de facto existit, aliis locis earumdem decimarum loco,
» seu compensationis titulo ab imperiali Gubernio assi-
» gnentur dotes seu in bonis fundisque stabilibus, seu
» super Imperii debito fundatae, iisque omnibus et singulis
» tribuantur, qui jure exigendi decimas potiebantur; item-
» que Majestas Sua declarat, dotes ipsas habendas omnino
» esse, prout assignatae fuerint, titulo oneroso, et eodem
» ac decimae, quibus succedunt, jure percipiendas tenen-
» dasque esse.

ARTICVLVS XXXIV. » Cetera ad personas et res ecclesiasticas
» pertinentia, quorum nulla in his articulis mentio facta
» est, dirigentur omnia et administrabuntur juxta Ecclesiae
» doctrinam et ejus vigentem disciplinam a Sancta Sede
» adprobatam.

ARTICVLVS XXXV. » Per solemnem hanc Conventionem leges,
» ordinationes et decreta quovis modo et forma in Imperio
» Austriaco et singulis, quibus constituitur, ditionibus,
» hactenus lata, in quantum illi adversantur, abrogata
» habebuntur, ipsaque Conventio ut lex Status deinceps
» eisdem in ditionibus perpetuo vigebit. Atque idcirco
» utraque contrahentium pars spondet, se Successoresque

» suos omnia et singula, de quibus conventum est, sancte
» servaturos. Si qua vero in posterum supervenerit diffi-
» cultas, Sanctitas Sua et Majestas Caesarea invicem con-
» ferent ad rem amice componendam.

ARTICVLVS XXXVI. » Ratificationum hujus Conventionis
» traditio fiet intra duorum mensium spatium a die hisce
» articulis apposita aut citius, si fieri potest.

» In quorum fidem praedicti Plenipotentiarii huic Con-
» ventioni subscripserunt, illamque suo quisque sigillo
» obsignaverunt.

» Datum Viennae die decima octava Augusti anno repa-
» ratae salutis millesimo octingentesimo quiquagesimo
» quinto.

Joseph Othmar
De Rauscher m. p.
Archiep. Viennensis
(L. S.)

Michael Card.
Viale-Prelà m. p.
(L. S.)

« Nos ea spe freti fore ut benignissimus Dominus, cujus
» virtute totum corpus Ecclesiae sanctificatur et regitur, stu-
» dia haec Nostra in componendis religiosis ecclesiasticisque
» Austriaci Imperii negotiis benigno favore prosequi dignetur,
» ex certa scientia et matura Nostra deliberatione, deque Apo-
» stolicae potestatis plenitudine supradictas concessiones, pacta,
» et concordata tenore praesertium adprobamus, ratificamus,
» et acceptamus, illisque Apostolici muniminis, et firmitatis
» robur, et efficaciam adjungimus. Majori autem qua possumus
» animi contentione omnes et singulos in Austriaco Imperio
» Antistites nunc degentes, et a Nobis postmodum instituendos,
» eorumque Successores, et Clerum universum monemus, atque
» in Domino hortamur, ut praemissa omnia ad majorem Dei
» gloriam, Sanctae Ecclesiae utilitatem, animarumque salutem
» a Nobis decreta, in iis quae ad ipsos pertinent, sedulo dili-
» genterque serventur, omnesque cogitationes, curas, consilia,

» conatusque conferant, ut catholicae doctrinae puritas, divini
» cultus nitor, ecclesiasticae disciplinae splendor, Ecclesiae
» legum observantia, morumque honestas in Austriaci Imperii
» Christifidelibus magis magisque refulgeat. Decernentes eas-
» dem praesentes litteras nullo unquam tempore de subreptio-
» nis, et obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae,
» aut alio quocumque quantumvis magno, aut inexcogitato
» defectu notari, aut impugnari posse, sed semper firmas,
» validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et
» integros effectus sortiri et obtinere, et inviolabiliter obser-
» vari debere, quousque conditiones et pacta in Tractatu
» expressa serventur. Non obstantibus Constitutionibus Apo-
» stolicis et Synodalibus et provincialibus et universalibus
» Conciliis editis generalibus, et Ordinationibus, ac Nostris
» et Cancellariae Apostolicae regulis, praesertim de jure
» quaesito non tollendo, nec non quarumcumque Eccle-
» siarum, Capitulorum, aliorumque piorum locorum funda-
» tionibus, etiam confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate
» alia roboratis, privilegiis quoque, indultis et Litteris Apo-
» stolicis, in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis
» et innovatis, ceterisque contrariis quibuscumque. Quibus
» omnibus et singulis, illorum tenores pro expressis et ad
» verbum insertis habentes, illis, alias in suo robore perman-
» suris, ad praemissorum effectum dumtaxat, specialiter et
» expresse derogamus. Praeterea quia difficile foret praesentes
» Litteras ad singula, in quibus de eis fides facienda fuerit, loca
» deferri, eadem Apostolica Auctoritate decernimus et man-
» damus, ut earum Transumptis etiam impressis, manu tamen
» alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus perso-
» nae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, plena ubi-
» que fides adhibeatur, perinde ac si praesentes Litterae forent
» exhibitae et ostensae. Et insuper irritum et inane decerni-
» mus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate
» scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omni-
» no hominum liceat hanc paginam Nostrae concessionis,

» approbationis, ratificationis, acceptationis, monitionis, hor-
» tationis, decreti, derogationis, mandati et voluntatis infrin-
» gere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc
» attentari praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei
» ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit in-
» cursurum.

» Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incar-
» nationis Dominicae Millesimo Octingentesimo Quinquagesi-
» mo quinto. Tertio Nonas Novembris, Pontificatus Nostri
» Anno Decimo.

U. P. Card. Pro Datarius

V. CARD. MACCHI

Visa in Curia D. Bruti.

Loco ✠ *Plumbi*

V. CUGNONUS.

Non mi fermerò qui a narrare adesso le varie interpreta-zioni, che alcuni prelati dell'Italia austriaca attribuirono a questo giudiziosissimo Concordato, divulgando con le stampe, a foggia di pastorali e di decreti, le loro intenzioni. Con più dignitosa gravità ne spiegò invece ad uno ad uno tutti gli articoli, a disinganno di chi troppo appropriavasi, il venerando arcivescovo di Agram, in una lunga sua pastorale, applaudita da tutti i saggi ed imparziali amatori della verità e della cristiana e civile moderazione.

Le cose fin qui esposte, sono comuni alle chiese lombarde egualmente che alle venete: a tutte anzi le diocesi della monarchia Austriaca. E queste, che, come ho detto di sopra (1), non m'era possibile esporre colà, dove sarebbe stato il proprio loro sito; cioè, nella generale prefazione a tutte le chiese degli stati Austro-Italici, nel volume VIII; perciocchè allora il Concordato non s'era per anco maneggiato tra le due

(1) Nella pag. 11.

supreme Potestà contraenti; ho dovuto necessariamente qui soltanto, e non prima, inserire, per la dovuta integrità della storica esposizione dell' odierna ecclesiastica disciplina in codesti Stati Imperiali. Ciò detto quanto alla generalità, vengasi alla particolare esposizione delle Chiese, che formano il soggetto di questo X volume.

Alla sola provincia ecclesiastica milanese adunque m' è duopo adesso ridurre la mia narrazione. Questa chiesa metropolitana è una delle più antiche, la cui giurisdizione stendevasi assai largamente. Pare, che discendesse sino a Bologna, non solo pria che quella fosse innalzata alla dignità arcivescovile, lo che avvenne assai tardi; ma prima ancora, che fosse tra le suffraganee della metropoli ravennate. Tuttavolta se ciò fu, lo fu per pochissimo. Le chiese, che ne formarono da rimoti secoli la provincia, furono Alba, Torino, Ventimiglia, Alessandria, Genova, Asti, Aqui, Bergamo, Brescia, Casale, Cremona, Como, Tortona, Lodi, Novara, Savona, Vercelli, Vigevano; cosicchè la sua giurisdizione stendevasi in tutta l'ampiezza del territorio, ch'è tra il Mincio e il Mediterraneo, tra le Alpi e gli Appenini. Ma oggidì per la erezione di nuove metropolitane e più ancora per la limitazione politica dei territorii, la provincia ecclesiastica di Milano è ridotta ad assai stretti confini. Imperciocchè delle sue antiche suffraganee tre furono erette in chiese arcivescovili, a cui altre furono aggregate per formarne la provincia; e queste furono Genova, che le fu tolta nel 1133 ed ebbe sue suffraganee Savona, Ventimiglia e Tortona; Torino, eretta in metropolitana nel 1515, a cui furono aggregate le chiese di Asti, di Aqui e di Alba; Vercelli eretta nel 1817, assegnandone a suffraganee le chiese di Alessandria, di Casale, di Vigevano e di Novara. Perciò alla metropolitana milanese non rimasero che Bergamo, Brescia, Cremona e Lodi, alle quali furono di poi aggiunte, per la politica divisione territoriale, e Pavia, ch' era, da rimotissimo tempo immediatamente soggetta alla santa Sede ed esente perciò da qualunque metropolitica giurisdizione; e Como, che sino dal V secolo

era suffraganea di Aquileja; e Mantova, che apparteneva alla provincia di Ravenna; e Crema, che soltanto nel 1835 fu staccata dalla dipendenza di Bologna e le fu sottoposta, per le istanze innalzate alla santa Sede dal vescovo di allora Giuseppe Sanguettola.

Ho detto, che la chiesa di Pavia *da rimotissimo tempo* era immediatamente soggetta alla santa Sede, e che quella di Como, *sino dal V secolo*, era suffraganea di Aquileja; ma non mancano argomenti a sostenere anche l'opinione di chi le reputò entrambe soggette nei primissimi tempi al vescovo di Milano. Dal trovare infatti, che Evenzio, vescovo di Pavia, fu consecrato da sant'Ambrogio; che Crispino, altro vescovo di Pavia, nella sua vecchiezza venne a Milano, per consultare circa il suo successore; che a Milano fu condotto Epifanio, perchè da san Benigno fosse consecrato vescovo di Pavia; che la Liguria, la quale comprendeva anche Pavia, riconosceva per suo metropolitano sant' Ambrogio; che il vescovo di Pavia, anche nel quinto secolo interveniva ai sinodi provinciali di Milano, si studiano alcuni di conchiudere, *non essere ben fondata l'opinione, che la Chiesa di Pavia in ogni tempo sia stata immediatamente soggetta al romano pontefice* (1). Le quali ragioni, per dire il vero, non mi sembrano poi di tanto peso: perchè la consecrazione di Evenzio e di Epifanio ricevuta dall'antistite milanese non mi attesta una suffraganeità; mentre altri esempi si possono recare, particolarmente nelle chiese della Marca Anconitana, di vescovi immediatamente soggetti alla santa Sede, consecrati, ciò non di meno, dal prelato viciniore, per delegazione apostolica: la venuta di Crispino a Milano, per consultare sulla scelta del suo successore, nulla più mi dimostra, che una fiducia di lui nell'avvedutezza del milanese pastore a somministrargli consiglio, piuttosto per amicizia, che per dipendenza: l'essere compresa la città di Pavia nella politica periferia del territorio ligure, non porta di conseguenza, che

(1) Ved. l'opera Municipale, intitolata *Milano e il suo territorio*, 1844, pag. 106 del tomo I.

anche la chiesa ed il vescovo avessero ad essere soggetti al metropolitano residente in quel territorio: la presenza dei vescovi di Pavia ai sinodi provinciali di Milano, non mostra punto, ch' eglino ne fossero suffraganei, mentre è notissimo a tutti, che i vescovi esenti da metropolitica giurisdizione sono stati sempre obbligati ad intervenire ai sinodi provinciali del metropolitano più vicino. Perciò pure non è maraviglia, che nella basilica di sant'Ambrogio, tra le sedie dei vescovi provinciali, si trovi anche quella del vescovo di Pavia, benchè non formasse parte della provincia.

» filio quondam Ardigotti: et Martino filio Guillielmi Greppi, Canonic
» Segrate: et Oprando filio quondam Lanfranci de Besana, Superstite
» boris Sanctae Mariae Majoris: et aliis multis Testibus. Cum Dom
» Ubertus Marinonus praepositus Ecclesiae Sancti Eustorgii, et Presl
» Rolandus Biffius, et Presbyter Lanfrancus de Sexto, et Dominus Ari
» Praepositus de Nerviano, Canonici dictae Ecclesiae Sancti Eustorgi
» nunciavissent in manu Domini Ugonis Cimiliarchae Mediolanensis
» clesiae, Vicarii Domini Henrici Mediolanensis Ecclesiae Archiepi
» nomine et vice illius Archiepiscopi, sive Archiepiscopatus, Eccl
» Sancti Eustorgii, et omni juri habitationis, et habitationi, et loco
» morum et Sediminum, tam Ecclesiae quam Superstantiae, cum br
» quae est juxta Ecclesiam: ita quod ipse Dominus Cimiliarcha no
» ipsius Archiepiscopi, sive Archiepiscopatus Mediolanensis, potest di
» nere et ordinare de ipsa Ecclesia et de ipsis aedificiis et sediminibus
» Ecclesiae quam Superstantiae, et de ipsa braida, sicut diffinitur b
» illa per cohaerentias, quibus voluerit ad ejus utilitatem, reservato
» omni jure tam in beneficiis, sive Praebendis, quam in Superstantia
» remansit, et in redditibus suis, et in Hospitali, et in Ecclesiis Sancti
» tri ad Scoldasolem, et sancti Stephani in Bixiario, et in omnibus
» prout continetur in charta scripta per me Jacobum de Puteo Notar
» milleximo ducenteximo vigeximo, die Mercurii, decimo die Aug

ctus Dominus Ugo Cimiliarcha, Vicarius dicti Domini Henrici Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopi, praesentibus et consentientibus, atque confirmantibus Domino Alberto Amicono, dictae Mediolanensis Ecclesiae Archipresbytero, et Domino Guilielmo de Rezolo, dictae Mediolanensis Ecclesiae Archidiacono, et magistro Stephanardo Balbo, et Alcherio de rziago, et Guilielmo Rana, et Anrico Comite, et Ottone de Landriano, Amizone de Porta Romana, Ordinariis dictae Mediolanensis Ecclesiae, ctoritate ipsius Domini Archiepiscopi, seu Archiepiscopatus et Mediolanensis Ecclesiae; concessit, contulit, dedit, et confirmavit magistro cobo, Priori fratrum Ordinis Praedicatorum, recipienti suo nomine, nomine ipsorum Fratrum qui morantur, vel de cetero moraturi sunt Mediolano, Ecclesiam Sancti Eustorgii et locum domorum sive aedium Sediminum tam Ecclesiae quam Superstantiae, et totam braidam, quae t juxta Ecclesiam ipsam, a monte parte ipsius Ecclesiae, sicut diffinitur aida illa per cohaerentias. Et hoc fecerunt praedictus Dominus Cimircha et praefati Ordinarii reservato ipsis Praeposito et Canonicis Sancti storgii omni jure tam in Beneficiis sive Praebendis, quam in Superntia quae remansit, et in redditibus suis, et in Hospitali, et in Eccle- Sancti Petri ad Scoldasolem, et Sancti Stephani in Bixiario. Et hoc tum factum est, salva in omnibus auctoritate dicti Domini Archiepiscopi Mediolanensis.

✠ Ego Henricus Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopus subscripsi.

Ego Jacobus filius Domini Guillielmi de Puteo, de Pusterla Sancti ephani, Civitatis Mediolani, Not. . . . . ac missus Domini Ottonis peratoris interfui . . . . . dicti Domini Cimiliarchae scripsi. »

Una seconda volta ritornò san Domenico a Milano, nell' anno stesso, ui fu concesso a' suoi frati il convento di sant'Eustorgio: ivi abitò, ed mossi di grave sua malattia, la quale poscia aggravatasi vieppiù lo se nel seguente anno alla morte, in Bologna. I frati intanto dell' orsuo prosperavano sempre più in Milano, benchè avessero di quando ando qualche motivo di dissidio coi canonici di san Lorenzo; cosicnell' anno 1227 l'arcivescovo Enrico, per ricondurvi la pace e la a armonia, stabilì saggie regole e le raccolse nel documento, che qui rivo:

« HENRICVS miseratione Divina Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Ar-
» chiepiscopus, Dilectis in Christo Filiis Priori et Conventui Sancti Eu-
» storgii Mediolani, Ordinis Fratrum Praedicatorum, tam praesentibus
» quam futuris Mediolani commorantibus et commoraturis in perpetuum.
» Officii nostri debitum exigit et requirit, ut in iis, quae ad cultum Reli-
» gionis pertinent, teneamur propensius intendere, ac ea effectu prose-
» quente studiosius adimplere. Hinc est quod, cum propter Dei timorem
» et Sanctae Romanae Ecclesiae devotionem ac totius Cleri et populi Me-
» diolanensis utilitatem et profectum, Ecclesiam Sancti Eustorgii, sitam in
» Suburbio Portae Ticinensis Mediolani, una cum Sedimine et braida, in-
» simul se tenentibus, ad faciendum hortos et brolium, ad domos aedifi-
» candas, quae omnia Ubertus Marinonus, tunc ipsius Ecclesiae Praeposi-
» tus, et Presbyter Rolandus, et Presbyter Lanfrancus et Ayroldus ejus-
» dem Ecclesiae Canonici refutaverunt in manum Ugonis Cimiliarchae
» Mediolanensis, Vicarii nostri, qui tunc eramus in partibus transmarinis,
» in servitio Crucifixi, vobis vestrisque successoribus, auctoritate Medio-
» lanensis Ecclesiae, de consilio Fratrum nostrorum, duxerimus conceden-
» da; volentes ipsis Praeposito et Canonicis tollere occasionem evagandi;
» timentes etiam, ne aliquo modo seducti, ipsi vel eorum Successores ha-
» berent materiam vexandi sive molestandi vos aut vestros successores
» aliquatenus in futurum; de consilio Fratrum nostrorum, ac de consensu
» dictorum Uberti Praepositi et Presbyteri Rolandi et Ugonis et Chunradi,
» ejusdem Ecclesia Canonicorum; volentibus etiam et consentientibus
» Presbyteris Gozio, Amizone, Gullielmotto, Sozone, Chunrado et Ambro-
» sio, Canonicis Ecclesiae Sancti Laurentii Mediolanensis; consideratis
» utilitatibus Ecclesiae Sancti Laurentii et Canonicorum ejusdem Eccle-
» siae, in qua Ecclesia sunt tantum octo Canonici cum Praeposito, et uti-
» litatibus Ecclesiae Sancti Eustorgii, Praepositi et Canonicorum illius Ec-
» clesiae, in qua Canonica sunt tantum quatuor Canonici cum Praeposito,
» et pensatis circumstantiis locorum et personarum et totius negotii; uni-
» vimus praedicta duo capitula Sanctorum Eustorgii et Laurentii, et de
» eis duobus capitulis fecimus unum Capitulum et unum Collegium, trans-
» ferendo dictos Praepositum et Canonicos Sancti Eustorgii, et bona et
» possessiones et jura Ecclesiae Sancti Eustorgii, cum omnibus suis one-
» ribus; ita quod onera utriusque Ecclesiae seu ipsius Capituli sic uniti, sint
» communia ad Ecclesiam Sancti Laurentii: exceptis his, quae jam vobis

» sunt concessa, ita quod de cetero dicti Praepositus et Canonici Sancti » Eustorgii et Canonici Sancti Laurentii, sint unum Corpus et idem Ca- » pitulum et Collegium Sancti Laurentii, et sine et esse debeant cum uno » Praeposito tantum duodecim; et vos Ecclesiam Beati Eustorgii, cum » rebus vobis concessis libere habeatis, pacifice ac quiete secundum Ordi- » nem vestrum teneatis et possideatis. Item statuimus et ordinamus, ut Li- » bri et ornamenta et utensilia Ecclesiae Sancti Eustorgii remaneant in » illa Ecclesia, et sint ipsius Ecclesiae Sancti Eustorgii. Item subjicimus et » supponimus Hospitale, quod dicitur Sancti Eustorgii, et Ecclesias Sancti » Petri de Scaldasole et Sancti Stephani in Bixiario; cum omnibus rebus » et possessionibus et juribus ad ipsas Ecclesias et ad ipsum Hospitale perti- » nentibus, Ecclesiae, seu Praeposito et Capitulo, seu Collegio Sancti Lau- » rentii sic unito. De facto vero Superstantiae statuimus et ordinamus, ut » dominium et institutio et omnia jura et possessiones ipsius Superstan- » tiae remaneant in potestate Ecclesiae Sancti Eustorgii, et personarum » in ea Ecclesia Sancti Eustorgii commorantium, vel quae sunt commo- » raturae in perpetuum, ad usum Fabricae illius Ecclesiae; et salvo quod » administratio fructuum illius Superstantiae sit in potestate Uberti Ma- » rinoni, quondam Praepositi Sancti Eustorgii, quousque vixerit, faciendo » de ipsis fructibus fieri laborem Fabricae ipsius Ecclesiae Sancti Eustor- » gii. Et post ejus decessum fructus omnes et administratio, et omnia jura » illius Superstantiae libere deveniant et sint illius Ecclesiae Sancti Eustorgii » et personarum, ut supra dictum est, ad usum Fabricae praedictae Ec- » clesiae. Nulli ergo omnino hominum in nostra ditione commorantium » liceat hanc paginam nostrae Institutionis sive Ordinationis infringere, » vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesum- » pserit, indignationem Omnipotentis Dei et nostram se noverit incursu- » rum. Datum millesimo ducentesimo vigesimo septimo, die Sabbati, nono » die ante Calendas Februarii.

» Ego Henricus Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopus subscripsi. »

Oltrechè i frati domenicani, l'arcivescovo Enrico accolse in Milano anche i frati di san Francesco, nel 1221 (non già nel 1222, come disse il Wadingo), ed assegnò loro per le sacre uffiziature la chiesa di san Vittore al Teatro, donde poi passarono a santa Maria Fulcorina. La tradizione dice, che san Francesco medesimo sia venuto in Milano per visitare questi

suoi discepoli, ed abbia dimorato presso di loro: anzi se ne mostra ancor di presente la cella, ove dicesi avere lui dormito. Anche alle suore dello stesso ordine il pio arcivescovo concesse convento contiguo alla chiesa di santo Apollinare. I documenti, che ne hanno relazione, sono portati dal Sassi (1), e da questi ci è fatto palese, ch' egli nel 1224 loro donò la chiesa e le case adjacenti; nel 1225, concesse loro la facoltà di fabbricarsi il chiostro; e nel 1228 aggiunse altri orti e terreni per sostentamento dei sacerdoti a loro assistenza.

L'arcivescovo Enrico, siccome anche nel recato documento è detto, era stato in Palestina con le crociate; fu di poi a Roma, ove, nel giorno 20 marzo 1228, con altri vescovi e cardinali, assistè alla consecrazione solenne della chiesa di sant' Adriano, celebrata dal pontefice Gregorio IX: il suo nome perciò vi si legge scolpito, terzo tra gli altri prelati, nell'iscrizione collocatavi a perpetua memoria. Ebbe grave controversia con Omobono vescovo di Cremona, per diritti di sommessione metropolitica, da cui quegli voleva sottrarsi: ma per sentenza del papa Gregorio IX, data in Perugia il dì 13 luglio 1228, fu dichiarata doverosa verso la santa sede milanese la dipendenza di suffraganeità del vescovo di Cremona. Perciò Omobono si riconciliò con Enrico: della quale riconciliazione si leggono le particolari circostanze presso il contemporaneo scrittore anonimo del Catalogo (2), con le seguenti parole: « Tandem convictum et per sen-
» tentiam condemnatum, debitum fidelitatem, praestito juramento, solito
» more, coram cuncto istius Civitatis Clero, ibi etiam adstante innumera
» populi utriusque sexus multitudine diversarum aetatum, scilicet puero-
» rum, adolescentum, juvenum et senum, in medio Ecclesiae Beatae The-
» clae, sibi et Mediolanensi Ecclesiae fecit exibere, Anno Domini MCCXXIX,
» in Festo Purificationis Beatae Mariae, hora tertia, Clero veniente cum
» processione a Sancta Maria Beltrade, secundum debitam consuetu-
» dinem. »

Logoro finalmente dalle fatiche e dalle tribolazioni sostenute, morì l'arcivescovo Enrico il dì 16 settembre 1230, nel castello di Brebbia, di proprietà della chiesa milanese; donde fu trasferito a sepoltura in Milano a san Vittore all'Olmo. Di qua più tardi fu portato alla basilica de' santi Nabore e Felice, in un' urna marmorea, su cui era stata scolpita la nuda e semplice indicazione:

(1) Ved. il Sassi, pag. 665. (2) Pag. 671 — 681.

HENRICVS SEPTALA ARCHIEP. MEDIOLAN.

Colà un suo pronipote Carlo Settala, arciprete della metropolitana, e poscia vescovo di Tortona, gli fece scolpire la storica epigrafe seguente:

ÆTERNITATI.

HENRICVS SEPTALA
MEDIOLANI ARCHIEPISCOPVS
DOCTRINA, PIETATE, AC RERVM GESTARVM GLORIA
INCOMPARABILIS
AD TANTAE REGIMEN ECCLESIAE
AB INNOCENTIO III. ELECTVS
AB HONORIO III. CONSECRATVS
COMES REGVM AC DYNASTARVM
CVM EGREGIA MEDIOLANENSIVM NOBILIVM
AC MILITVM MANV
JEROSOLYMITANAM SVSCEPIT EXPEDITIONEM
METROPOLITANI JVRIS MIRVS VINDEX FVIT
INSTITVTO INQVISITORE JVGVLAVIT HAERESES
DOMINICANVM ET FRANCISCANVM ORDINES
IN HANC VRBEM PRIMVS EXCEPIT EISQVE DOMICILIA
CONSTITVIT.
PLVRIBVS ECCLESIIS PATRIMONIVM NON MEDIOCRE
ADDIDIT.
MEDIOLANENSI ECCLESIA PER ANN. XVI. ET MEN. X.
LABORIOSISSIME ADMINISTRATA
QVIEVIT ANNO SALVTIS MCCXXX. XVI. CAL. OCTOBRIS
ELATVSQVE PIO ET VERO VNIVERSAE ITALIAE DOLORE
HIC JACET.

CAROLVS SEPTALA JVRISCONSVLTVS COLLEGIATVS
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI INNOCENTII X
VTRIVSQVE SIGNATVRAE REFERENDARIVS
ET METROPOLITANAE MEDIOLAN. ARCHIPRESBYTER
BENEMERITO PROPATRVO TRITAVI MAXIMO
ANNO MDCLII.
P.

Questa iscrizione giova a correggere le inesattezze e gli anacronismi dell'Ughelli e di altri, circa il tempo del pastorale governo di Enrico, e circa il giorno e l'anno della sua morte. È da sapersi poi, che, crollata all'improvviso la chiesa di san Francesco, e ristaurata magnificamente, furono trasportate le ossa di lui dinanzi all'ara massima, ed ivi gli fu collocata la seguente epigrafe:

HENRICO SEPTALAE
MEDIOLANI ARCHIEPISCOPO
SERAPHICI HVJVS ORDINIS
BENEFACTORI EXIMIO
POST RESTAVRATVM TEMPLVM
A PATRIBVS HVC TRANSLATO
GRATI ANIMI MONVMENTVM
AN. D. MDCCXVIII.

La santa sede milanese, dopo la morte dell'arcivescovo Enrico, restò vacante ventotto giorni soltanto: il dì 14 ottobre fu eletto a possederla l'arcidiacono della metropolitana Guglielmo Ruzzoli, ossia da Rozolo, detto anche da Rizolio. Egli fu eletto *cum omni pace et concordia, totiusque Capituli consensu et favore*. Si adoperò con ogni impegno a reprimere e perseguitare dovunque fossero gli eretici de' suoi giorni, i quali sotto moltiformi denominazioni si studiavano di celare la propria perversità: dicevansi infatti Catari, Patareni, Poveri di Lione, Passagini, Giuseppini, Arnaldisti, Speronisti, ecc. La civile autorità se ne interessò anch'essa; ed a memoria dello sterminio di loro fu posta nella piazza dei mercanti la seguente epigrafe scolpita in marmo:

MCCXXXIII DOMINVS OLDRADVS DE TREXENO
POTESTAS MEDIOLANI

ATRIA QVI GRANDIS SOLII REGALIA SCANDIS
CIVIS LAVDENSIS, FIDEI TVTORIS ET ENSIS
PRAESIDIS HEIC MEMORES OLDRADI SEMPER HONORES
QVI SOLIVM STRVXIT, CATHAROS, VT DEBVIT, VIXIT.

Fu sollecito l' arcivescovo Guglielmo del decoro delle sacre uffiziature, e benefico si mostrò verso le suore francescane di sant' Apollinare, a cui favore spedì il seguente diploma:

« GVLIELMVS Divina miseratione Sanctae Mediolanensis Ecclesiae » Archiepiscopus. Dilectis in Christo Filiabus Abbatissae et Sororibus » Monasterii Beatae Mariae, et Beati Apollinaris, constructi extra Portam » Romanam, juxta Fossatum Civitatis, salutem et benedictionem. Cum » Monasterium in honore Beatae et gloriosae semperque Virginis Mariae » et Beati Apollinaris in loco memorato construi fecissetis, ut ibidem de- » vote Domino famulantes, pro nobis et aliis peccatoribus orare possitis, » humiliter postulastis, ut Monasterium et personas ibidem Domino ser- » vientes intuitu pietatis et pro redemptione peccatorum nostrorum a jure » Episcopali, seu alterius conditiones gravamine, tam in temporalibus, » quam in spiritualibus pleno jure eximere deberemus. Ea propter piae » ac humili petitioni pro concurrentes assensu, praefatum Monasterium » et personas illic vel in futurum commorantes cum omnibus bonis suis, » consensu et voluntate Capituli ab omni jure Episcopali, et cujuslibet » conditionis obligatione, tam in spiritualibus quam in temporalibus pleno » jure liberamus et eximimus: nihil aliud nobis et Ecclesiae Mediolanensi » in eisdem reservantes, nisi consecrationem Ecclesiae et Altariorum, cum » fuerimus requisiti, si tamen nos et Successores nostri gratis et sine pra- » vitate aliqua voluerimus consecrare. Reservamus etiam nobis unam li- » bram cerae in festo Beati Apollinaris octo diebus ante, vel octo diebus » post, pro censu nobis annis singulis persolvendam. Dat. Mediolani mil- » lesimo ducentesimo trigesimo primo, die Sabbati, nono Calendas Junii, » Indictione quarta.

» ✠ Ego Willielmus de Rizolio Mediolanensis Ecclesiae Archiepisco- » pus subscripsi.

» ✠ Ego Albertus Amiconus Mediolanensis Ecclesiae Archipresbyter » subscripsi.

» ✠ Ego Magister Stephanardus Balbus Mediolanensis Ecclesiae Or- » dinarius et Presbyter subscripsi.

» ✠ Ego Girardus de Bosegapede Presbyter et Vicedominus subscripsi.

» ✠ Ego Alcherius de Tertiago Mediolanensis Ecclesiae Ordinarius et » Primicerius Ferulae subscripsi.

» ✠ Ego Guillielmus Rana Mediolanensis Ordinarius subscripsi.
» ✠ Ego Julio de Dervio Mediolanensis Ecclesiae Presbyter Ordi
» rius subscripsi.
» ✠ Ego Arnàldus de Mandello Mediolanensis Ordinarius subscrip
» ✠ Ego Stephanus Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Archidiaco
» subscripsi.
» ✠ Ego Ambrosius, qui dicor Percossus, nomine isti Domini Rib
» Burri Mediolanensis Diaconi subscripsi.
» ✠ Ego Amizo de Porta Romana Mediolanensis Ordinarius subscri
» ✠ Ego Rogerius de Turre Mediolanensis Ordinarius subscripsi.
» ✠ Ego Ambrosius de Puteobonello Ordinarius subscripsi.
» ✠ Ego Hugo de Settarra Mediolanensis Ecclesiae Ordinarius et
» mini Papae subdiaconus subscripsi.
» ✠ Ego Willielmus de Pusterla Mediolanensis Ordinarius, et s
» diaconus subscripsi.
» ✠ Ego Azo Vicecomes Mediolanensis Ecclesiae Ordinarius, et
» mini Papae subdiaconus subscripsi.
» ✠ Ego Conradus de Settarra Ordinarius Ecclésiae Mediolanensi
» subdiaconus Domini Papae subscripsi. »

Con la sua autorità il pontefice Gregorio IX confermò le disposizi
del benefico arcivescovo; anzi nell'anno dopo aggiunse egli stesso nu
istanze all'arcivescovo medesimo per favorire vie meglio la condizion
quelle suore, scrivendogli la lettera, che qui trascrivo:

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

VENERABILI FRATRI VIL. ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

« Cum olim ad preces nostras, cum adhuc essemus in minori off
» constituti, dilectis in Christo Filiabus, Abbatissae, et Sororibus Mo
» sterii Sanctae Mariae de Mediolano Ecclesiae Sancti Apollinaris Me
» lan. duxeris concedendam. Tibi ejus possessionibus integraliter re
» vatis, et quidam campus de dictis possessionibus esse dicatur juxta
» nasterium supradictum, ex quo cum inde transitus habeatur, Sor

multa incommoda patiuntur, Fraternitatem tuam rogamus in
ino quatenus pro Divina et nostra reverentia, gratiae gratiam su-
ldens praedictum Campum concedas liberaliter Abbatissae et Soro-
memoratis; ita quod eaedem pro te offerre Domino orationis in-
um specialiter teneantur, nosque devotionem tuam commendare
to debeamus. Datum Ananiae VII Calendas Martii, Pontificatus no-
anno sexto. »

alle raccomandazioni pontificie soddisfece prontamente l'arcivescovo
'e di quelle monache, come meglio potè. Anche i frati dell' ordine
niliati accolse in Milano, e loro concesse licenza di avere cimitero e
re sacerdoti, che li assistessero nei loro bisogni spirituali. General-
poi fu benefico e generoso verso i monaci, che per le vicende degli
per la dolosa insurrezione di quelli di Pavia, erano angustiati dalla
, e ne avevano sostenuto il più violento e desolante saccheggio.
benemerito arcivescovo, *quarto die exeunte Martii*, cioè, a'28 di
dell'anno 1241. Fu sepolto nel monastero di Chiaravalle in una
di marmo, che più tardi, per l'ignoranza di un abate di quel mo-
, fu ridotta ad altri usi: v'era scolpita l'epigrafe, conservataci dal
).

HIC JACET D. GVLIELMVS DE RIZOLIO
MEDIOLANENSIS ARCHIEPISCOPVS,
VIR IN SCRIPTVRIS ADMODVM ERVDITVS
QVI OBIIT ANNO
MCCXLI. DIE QVARTO EXEVNTE APRILI (2).

mesi e diciannove giorni restò vacante la sede; poi fu eletto a
rla, addì 15 giugno dello stesso anno 1241, dopo lunghi contrasti,
ese FR. LEONE della famiglia de' valvassori da Perego, francescano.
elezione ebbe di particolare, che mentr' egli era stato scelto dai
ti canonici elettori come giudice arbitrario per eleggere l' arcive-
egli, checchè ne dica in contrario il Wadingo, nominò sè medesimo:
scrittori contemporanei lo attestano. E la sua elezione fu appro-
ccadde a' suoi giorni il martirio di san Pietro da Verona dell' or-
ei domenicani; ed egli col vescovo di Lodi e col prevosto della

Pag. 695 del tom. II. (2) Deve dire *Martio*.

» Tibi praescribant, ne des quem Praesulem volueris, sed aequum censent,
» ut semel audias atque cognoscas, salubrius-ne et ex publici status com-
» modo magis sit, Raymundum Turrianum, an Ottonem Vicecomitem Ec-
» clesiae suae praeesse. Sed, dicet aliquis, cur non continuo imperata fe-
» cere, constitutum Praesulem in Urbem admisere, et illi de more Eccle-
» siastico obedientes fuere? Facta nempe haec forent, Pater Amplissime,
» nisi ab diuturno odio et perpetuis seditionibus, novi in Urbe tumultus
» certo certius futuri fuissent. Hactenus igitur imperiis Tuis repugnare visi
» sunt, ut cladem a Patria, et exitiale bellum avertere procurarent. Nulli
» tuorum vim aut arma intulerunt; Tui enim sunt Turriani, si cetera in-
» tueris. Jam quo vultu, qua liberalitate Regis nostri Caroli ab Alpibus
» descendentes Duces et copias excepere, quam benigno hospitio, quanta
» rerum largitate prosequuti sunt, quam fortiter atque fideliter arma con-
» tra aemulos sumpserunt? Qui si in ipso Italiae limine sese nobis oppo-
» suissent, aut cum hostibus consilia agitassent, profecto enim per infestas
» terras transire non licuisset: His vero adjuvantibus et commeatus large
» suppeditantibus et tenentes arma Adversarios compressimus, et si qui
» alii nos lacessere parabant, exemplo deterriti quievere, et velut Amici
» nihil denegantes, Romam usque transmisere. Hinc inclyta illa victoria, et
» quidquid juris et imperii in Italia habemus et Romanae Ecclesiae post
» caesum Manfredum accessit, Turrianis acceptum referri oportet. Audias
» igitur, Clementissime Pater, eorum Oratores, qui Tibi obtemperare, Tui-
» que juris esse volunt. Hoc Rex invictissimus rogat; hoc concedere de-
» bes, ne tales illius Amicos damnasse indicta causa videaris. »

Finito il discorso degli inviati del re di Sicilia, fu data licenza di par-
lare agli ambasciatori Milanesi: e parlarono di tal maniera: « Nisi Tibi,
» Romane Pontifex, parere decretum nobis esset, et Majestatem Apostoli-
» cam unice coleremus, profecto a Te spreti atque repulsi, domum ad
» nova consilia, ad amicitias et foedera concilianda, denique ad inimicos
» tuos accessissemus, ut quacumque ope subnixi alienum animum osten-
» deremus. Verum in eo perseverantes quod aequum, quod debitum ac
» saluberrimum est, eum Regem adivimus, et deprecatorem paravimus,
» quem sciebamus amicitia et magnitudine beneficiorum tibi conjunctis-
» simum esse; qui ita Regno potitur, et Regium nomen ita exercet, ut
» fateatur, se id munere et nutu vestro accepisse; ac propterea ad arcendas

» injurias, et defendenda Sacerdotum jura potentiorem promptiorem-
» que non noverimus. Hujus gratia in conspectum Tuum admissi, brevi-
» ter, quid optemus, exponemus. Mortuo Leone Perego, qui per omne Sa-
» cerdotii sui tempus nihil antiquius habuit, quam in Civitate, ira odiisque
» ardente, Patricios in Plebem armare, perniciosa certamina fovere; Plebs
» ipsa, pro vetere jure et consuetudine eorum qui rei Divinae Praesulem
» dare consueverant Raymundum Turrianum Archiepiscopum designat.
» Hunc Fratres et propinqui, cum jure sanguinis et novae in gente sua Digni-
» tatis amplexi sunt, tum quod cernebant, eo Pastore perpetuam inter Cives
» concordiam fore. Sed, ut magno in populo plerumque usuvenit, Franciscus
» Septala, Vir nulla ex parte nostro conferendus, paucorum suffragiis ele-
» ctus est. Urbanus vero Pontifex, neutri horum subscribens, tertium de-
» legit, et quidem e numero eorum, qui continuos motus certamina et cae-
» des fecerant, et Urbe pulsi, rapinis et latrociniis fines perturbarunt. Con-
» tradiximus, fateor, Edicto Pontificio, designatumque Antistitem recusa-
» vimus; non ut Majestati vestrae derogaremus, sed ne hic sub nomine
» potestate Sacerdotii excidium Patriae moliretur. An obscurum est, quan-
» tum cladis Civibus suis, quid dedecoris Romanae Ecclesiae gens superba
» et ferox semper intulerit? Nonne cum Actiolino Romano, tyrannorum
» omnium saevissimo, per causam recuperandae Patriae, foedus et arma
» junxerunt? eoque occiso, Palavicinum sectati, quid non injuriarum et ma-
» leficii in suos edidere? Aronam Oppidum, Brebiamque adorti, exulum
» manum obarmare, multitudinemque latronum finibus inducere conati
» sunt, unde tamen, non sine multorum sanguine, et agrorum populatione
» repulsi, ad auctoritatem vestram confugientes, per Ecclesiasticas execra-
» tiones jus Sacerdotii sibi vindicare nituntur. Et is quidem rei Divinae
» administrationem sibi deposcit, cui (cum venia dictum sit) conducibi-
» lius foret delitescere in occulto, et velut ignarus mysteriorum, peritis
» se tradere, et quid caeremoniae, quid Sacerdotes nostri velint, ediscere,
» Nisi forte illi animos facit uterque Parens, qui a recta fide abhorrentes,
» nihil non opis contulerunt iis, qui disputationibus et vario certamine ve-
» ram Religionem oppugnabant; aut Sororis nuptiae, quae homini haere-
» tico et Ecclesiae rebelli in matrimonium data est. Tantum abest, ut no-
» stra Sacra Otto Vicecomes capessat, ut nemo magis ab hoc ministerio
» arcendus, et in ultimas terras deportandus existimetur. An parum nota
» sunt mala, quae Urbs pertulit, cum Ecclesia pravum et seditiosum

» Antistitem nacta est? cui, cum incubaret Auxentius, Vir nefarius et Aria-
» nae haereseos signifer, intolerabilem tyrannidem (ut Divus Hieronymus
» inquit) tota Italia Fides Chatolica sustinuit. Langobardi Reges, nisi ex-
» pulsis Archiepiscopis, quietas res non habuere. Ardericus Cotta, cum
» morem gerere Hugoni Italiae Regi recusaret, miserandae caedi et agro-
» rum populationi materiam praebuit. Quis commode explicaret duorum
» Arderici Gentillum, Landulphi et Arembaldi Cottarum seditiones, qui
» per decem et novem annos Sacerdotem et universum Clerum vexave-
» runt, quo Antistitem quem vellent, constituerent, ut nullum non sacri-
» legii genus admiserint, nihil impollutum reliquerint, fustibus gladiis-
» que succincti, ab Aris et Templis celebrantes Sacra deturbarint; Sacro
» oleo sparso, profanum quo uterentur, protulerint; denique (proh nefas
» et inauditum scelus!) tres uno tempore Praesules Ecclesia haberet, exu-
» lem unum, in carcere alterum, et qui Sedem suffocaret puer imperitus,
» centum Patribus illorum imperio Praelatus. Quos vero tumultus, quae
» bella non excitavit Heribertus Antimianus, qui sex et viginti annos in
» eodem Archiepiscopatu sic vixit, ut et Dominium Urbis aperte affecta-
» verit, et Germanos Principes barbarasque Nationes, ut cupiditati suae
» satisfaceret, arcessere, et populos praedae exponere non dubitaverit? In-
» terest nimium, Pater Beatissime, non tam Sacrorum et Religionis, quam
» publicae quietis, qualem Praesulem sortiamur; quo enim se Pastor no-
» ster inclinaverit, eo imperia et opes stetere: quin etiam Romano Sacer-
» doti reliquae Occidentis Ecclesiae paruere, ubi Mediolanensis succubuit.
» Quae, Patrum Amplissime, Te publico nomine, et ex Religionis et Sacro-
» rum nostrorum utilitate rogamus atque obtestamur, ut quae ad publicos
» usus et cultum Christi faciunt, atque in commune conducunt, ea omnia
» solerter circumspicias, eumque nobis Praesulem des, qui sit miti ingenio,
» sincera mente, procul ab imperandi, procul ab ulciscendi libidine, urba-
» nae tranquillitatis et concordiae studiosus, publicam utilitatem amplecta-
» tur, et pro communi negotio et salute invigilet. »

Così parlarono gli ambasciatori milanesi: e compiuto ch'ebbero il loro parlare, il papa sollecitò l'arcivescovo Ottone a dire quanto gli paresse conveniente a sostegno della propria causa e de' suoi diritti. Ottone allora soggiunse: « Nec novum nec inopinatum mihi est, Summe Sacerdotum,
» vosque ceteri Religionis Principes, a seditiosis hominibus improbisque

» tyrannis ea objici vitia, quae ipsi patiuntur: Qui postea quam aliquo
» numero in Urbe esse coeperunt, Illustres Familias odio implacabili, et
» pulsos Patria Cives bello insectari non destiterunt, et nomen omne Pa-
» tricium ex professo perosi, Plebem longo et continenti servitio oppri-
» munt. Feras obsecro aequo animo, Pater optime, paulo uberius cala-
» mitatem nostram nec conqueri et quanta Adversariorum crudelitas
» fuerit, exponere. Ili non imperare ceteris, et suo nutu Urbem regere
» tantum postulant, sed sanguinem miserorum appetunt, opes fortunasque
» sitiunt, funditus perditos, quos semel odere cupiunt. Cumque nemo a
» vi et injuria liber, nemo a damno et contumelia tutus foret, spes una
» miseris reliqua in Sacerdotii reverentia posita est: De cujus jure docte
» et prudenter Adversarius hic noster fecit, quod parce locutus est; con-
» troversiam omnem, ad publicam causam et populorum quietem rejecit:
» ut quod per summam injuriam et Romanae Sedis contumeliam occupant,
» quod adversum Decreta duorum Pontificum agunt, id videantur publici
» commodi et tranquillitatis ergo facere: Qui pacis ipsi studiosi, statim
» ut in me inclinari suffragia videre, facto tumultu, correptis armis, domo
» et Urbe ejecerunt. Confugi ad hoc sacratissimum Orbis terrae Consisto-
» rium; data sunt Rescripta, ut me Antistitem reciperent. Sed vix fines
» ingressum hostili modo arcent. Fateor, Amicorum manu succinctus
» Aronam cepi, non ut detrimenta Patriae inferrem; sed ut quocumque
» modo in Dioecesi mea constitutus, possessionem mihi designatam asse-
» rerem. Sed audaces et impii homines, quos nulla reverentia Sacerdotii,
» nullus Dei metus, nulla Pontificis auctoritas tangit, subito tumultua-
» rium militem contrahunt. Oppidum obsident, Pastorem operibus et ma-
» chinis oppugnant. Frustra saepius auxilium et fidem Tuam invocavi,
» Pater Clementissime: Nihil Majestas Tua, nihil Pontificale nomen ju-
» vare potuit. Cedere furentibus malui, quam committere, ut Civium
» meorum sanguis ex certamine effunderetur. Tam insignem contumeliam
» et Apostolicae Sedis contemptum ne impunitum ferrent, diras in eos
» Praecessor Tuus injecit, ac Civitatem omnem Sacris interdixit; ut scilicet
» Sacris multati, ad venerationem et obsequium redirent. Sed nihil is pro-
» fecit. Tu eadem repetisti. Quid reveriti sunt? Et audent detestabiles in
» conspectum Tuum venire? At dicet aliquis: Adsunt venerabundi, sup-
» plices, pacem exposcentes, ad genua procumbunt. Nimirum, Pater
» Sanctissime, non facturi imperata huc venere: parituros se simulant,

» cum maxime recusent. Liberae populi voces, et acres querimonie eorum,
» qui Sacris carere diutius non possunt, et gravis regni invidia, et rebel-
» lionis infamia, haec illos facere cogunt. Sed impudentes homines tantum
» sibi arrogant, ut Romano Pontifici Sacerdotii potestatem adimant. Prae-
» sulem, inquiunt, des nobis mitis ingenii, Sacrorum peritum, et qui par-
» tium studio non teneatur. Ecce, non erubescunt conditiones proponere,
» a quibus si defeceris, ad majorem, credo, Magistratum provocabunt.
» Vecordes sane, et inauditae temeritatis homines; velint nolint, arbitrio
» Romani Pontificis stabunt, illi obtemperabunt, et ceu perpetuo ac sin-
» gulari Domino servient. Optarem sane, ut Sacrosancti hujus Loci ratio-
» nem aliquam habuissent, neque tanta petulantia ejus amplitudinem
» laesissent. Ausi sunt me Parentesque meos haereseos insimulare, quos
» ipsos prius omni crimine vacare oportuit, qui manifestae contumaciae
» tenentur. Sed sinite, quaeso, quietos meorum cineres: Pax sit cum
» mortuis, parcite Manibus: Satis enim eos constat pie et religiose deces-
» sisse, qui ex ultima voluntate Christiano ritu, sacro in Loco sepulti sunt;
» quorum Ossa non a profanis, ut vos estis, sed a religiosis Viris compo-
» nuntur; Sororis quoque Maritum taxare placuit, cujus ego Causam
» longiore oratione non prosequor. Vivit enim, et quidem Loco celebri,
» ut facile quorum hominum fautor sit et quae dogmata sequatur perspici
» possit. Objiciunt nobis Actiolini vires, quem nunquam novi; et Uberti
» Palavicini societatem, cujus ipsi quinquennali militia usi sunt; et post
» intoleranda damna Amicis suis illata, mox Plebi Mediolanensi illudentes,
» nomen et imperium Credentiae, quod olim infima turba adversus im-
» proborum hominum licentiam comparaverat, cujusque Ordinis tanta
» potestas auctoritasque fuit, ut bello paceve id demum ratum foret quod
» Credentia jussisset, penitus sustulerunt. Soli Rempublicam tenent et gu-
» bernant. Protector populi nuncupatur, qui Patriam nobilitate exhau-
» stam, et Plebem juxta circumscriptam opprimit tyrannide insolentissima.
» Quippe minus multo calamitosum plerique duximus exulare, longeque a
» Patriae finibus vitam agere, quam libidini et intemperantiae eorum pa-
» rere, apud quos nullum rapinis, ferro, et caedibus modum esse videba-
» mus. Nam et quae Carolo Regi praestitisse se jactant, ea non in Pontificis
» gratiam facta sunt, sed ut illo socio amicoque uterentur; ejusque umbra
» subnixi regnum stabilirent, Patriamque omnem per scelus et libidinem
» lacerarent. Porro, quae immanitas, quae saevitia nuper admissa est,

» cum ob unius necem ab incerto auctore factam, centum et quatuordecim
» Viri, nihil commeriti, et quorum pars maxima abfuerat, uno Edicto con-
» trucidati sunt, et carris impositi, per ora vulgi circumvecti infandum
» spectaculum praebuere? Quos tunc gemitus, quas lacrymas, quam la-
» mentabiles querelas tota Urbe auditas fuisse creditis? Certe animus
» meminisse horret. Et tamen funesti homines in medium procedunt, Sa-
» cerdotium petere, de pace agere, et de concordia Civium tam insolenter
» loqui in hoc amplissimo Caetu audent? »

Dette queste parole, furono licenziati dall' udienza gli ambasciatori, e senza lunghe discussioni si deliberò di unanime assenso, che *Remaneret tamdiu sacris interdicta Civitas Mediolanensis, usque dum obsequens ea esset Pontificis mandatis, atque in sedem Otto suam reciperetur:* il papa stesso pronunziò di sua bocca siffatta sentenza. Domandò allora Ottone, che fosse mandato a Milano un pontificio legato, per trattare di questo argomento, ed il papa vi condiscese mandandovi un cardinale: il quale, tostochè vi giunse, fu accolto con sommi onori da tutti gli ordini di cittadini, ed in particolarità dai Torriani. Radunati poscia i comizii di tutti i prelati e dei grandi della Lombardia, il cardinale espose loro la volontà del pontefice, espressa, in questi tre articoli (1): « Primo quod Mediola-
» nenses recognoscent, Ottonem Vicecomitem esse verum Archiepiscopum
» Mediolanensem, et ipsi tamquam vero Patri dignos exhibebunt honores.
» Secundo quod ipsum recipient in civitatem Mediolanensem, et ipsi resti-
» tuent omnia sua jura et Castra et possessiones Ecclesiae. Tertio quod
» de cetero nulla fiet in Clero exactio, nec proscribetur alius Clericus et
» damna illata restituentur, et nulla injuria fiet alicui Ecclesiasticae per-
» sonae. » I quali articoli furono sottoscritti con giuramento da tutti i radunati; e poscia il pontificio legato sciolse la città e il popolo dell'interdetto, ed impartì l'assoluzione agli scomunicati, esortandoli a mantenere coi fatti il pronunziato giuramento. Ritornò quindi a Roma il cardinale, ed allora l'arcivescovo Ottone si affrettò a venire al possesso della sua chiesa. Non potè per altro ricuperare così presto tutte le possessioni, che appartenevano al suo arcivescovato; il quale ritardo intanto riuscivagli grave,

(1) Galvano Fiamma, *Manip. Flor.*, cap. 304: ved. anche il Sassi, pag. 720 sino alla 730 del tom. II, il quale portò i discorsi surriferiti degli ambasciatori e dell'arcivescovo Ottone, come li trovò presso l'antico cronista Tristano Calco.

perchè mancavangli i mezzi a sostenere decorosamente la sua dignità. Perciò si rivolse di nuovo al pontefice Clemente IV, chiedendo, che per un biennio gli fosse concesso di esigere sussidii dai vescovi, dai prelati, dai monasteri, dalle cattedrali, e dal clero in somma di tutta la sua provincia. Alle quali preghiere condiscese il pontefice con apostolico breve; dato da Viterbo, *III. Calendas Julii*, *Anno MCCLXVII*, *Pontificatus sui anno tertio* (1). Ma la morte del pontefice, accaduta nel seguente anno 1268, tolse ad Ottone ogni speranza di ricuperare la sua sede. I Torriani a tanto giunsero di temerità contro il loro arcivescovo, che progettarono di torgli la vita per mano di prezzolato sicario. Del che fatto consapevole Ottone, fuggì a Lione, ove s'era recato il pontefice Gregorio X, per celebrarvi un concilio. E sebbene Gregorio, nel passare di Milano vi si fosse trattenuto tre giorni, accolto onorevolmente dagli stessi Torriani; tuttavia, qual poi ne fosse il motivo ci è ignoto, vi si era allontanato anch'egli frettolosamente di notte tempo, ed aveva proseguito il suo viaggio per la Francia. Queste nuove violenze contro l'arcivescovo Ottone, indussero il papa a colpire d'interdetto una seconda volta la città di Milano: l'anno 1274.

In questo medesimo anno passò di qua Pietro de Muro, che fu di poi papa Celestino V, e pose anche qui le fondamenta del suo ordine de' Celestini, formandone un ospizio fuori di Porta Orientale, per accoglìervi pellegrini. Soltanto quarant'anni di poi l'ordine suo potè ottenere più stabile domicilio in Milano, per concessione del capitolo metropolitano, in tempo di sede vacante, l'anno 1316.

L'esilio intanto dell' arcivescovo Ottone continuava, ma egli nel 1277, fatta alleanza col marchese del Monferrato e colle città di Pavia e di Novara, potè occupare passo passo i castelli del suo arcivescovato, e venne ad assalire le truppe dei Torriani, che stavano accampate presso al castello di Decio: le distrusse, parte dei soldati facendone prigionieri, parte mettendoli in fuga e parte lasciandone morti sul campo. Questa sconfitta umiliò intieramente i Torriani ed aperse all' arcivescovo la via al pastorale suo seggio. Usò per altro con tanta moderazione della vittoria, che si cattivò gli animi anche dei suoi stessi nemici. « Ista victoria non est » nostra (diceva egli ai magnati, che lo avevano coadjuvato), sed est Dei

(1) Ved. il Sassi, pag. 730, il quale ci fa sapere, essere stato divulgato questo pontificio comando a tutte le diocesi suffraganee, e perciò trovarsene esemplari in tutti gli archivi e delle cattedrali e dei monasteri dell'ampia provincia ecclesiastica di Milano.

» beneficium. Nullus audet ensem, nullus spoliet pauperem nec divitem, » nullus recordetur injuriarum aut vulnerum. Non enim decet Archiepi- » scopum ad suam Sedem reverti cum gaudio et alios plorare exspoliatos, » vel vulneribus rubricatos: Sed omnes cantantes et laudes Deo referentes » intremus Civitatem nostram. » I milanesi mandarongli ambasciatori ad implorarne il perdono; gli mandarono i pontificali indumenti; mossero in folla e clero e popolo ad incontrarlo. Così finirono i lunghi dissidj e ritornò la calma nella città e nella chiesa milanese. Ottone d' altronde con la sua saggezza e con le sue buone maniere seppe ricomporre le cose per guisa, che vi rifiorì la buona armonia tra nobili e plebei. I Torriani soli non se ne stettero tranquilli; implorarono l'assistenza di Raimondo Torriano patriarca di Aquileja, il quale venne con trecento lancie, ed assoldarono alquanti tedeschi; sicchè formato un nuovo corpo di truppe contro l' arcivescovo, che aveva piantato il suo campo a Gorgonzola, vennero alle prese, e le genti dell' arcivescovo v'ebbero la peggio. Egli stesso rimpiattatosi in una vecchia casa abbandonata potè appena salvarsi; e quando le truppe dei Torriani volsero ad altra parte per occupare altri castelli dell' arcivescovato, Ottone potè restituirsi in Milano. Risolse allora di spogliarsi della civile sovranità, affidandola per un decennio al suo amico Guglielmo marchese del Monferrato: e questo fu l'unico mezzo per far cessare tutte le discordie, e coll' unanime assenso di tutte le parti fu ristabilita la pace.

Liberato da tante molestie potè allora Ottone attendere tranquillamente all' amministrazione della sua chiesa. Era stato benefico verso i frati agostiniani della diocesi di Tortona, i quali, mentr'egli era profugo su quel territorio, erano a lui ricorsi (1): ma più benefico ancora si mostrò verso di loro nel 1287, allorchè si trattò di erigere un ospitale per gli ammalati e pei pellegrini nel borgo di Canobio. Ne concesse loro licenza, trattenendo però soggetta la loro casa alla sua giurisdizione, ed imponendo perciò il perpetuo obbligo di annuale contribuzione di una libra di cera alla mensa arcivescovile il giorno della solennità di sant' Ambrogio. Eccone il diploma (2):

(1) Nel Sassi pag. 742 del tom. tom. II, è un diploma di lui a favore di quei frati, dato da Voghera, *dioecesis Derthonensis XIII. Junii, Anno Domini MCCLXXI. Indictione XIV.*

(2) È portato similmente dal Sassi, pag. 744 e seg. del tom. II.

« OTTO Dei et Apostolicae Sedis gratia Mediolanensis Ecclesiae Ar-
» chiepiscopus, Religiosis Viris, Fratribus Petro, Martino, et Thomae Con-
» versis Hospitalis Sanctae Mariae de Canobio Mediolanensis Dioecesis, in
» vero omnium Salvatore salutem. Solitae Sanctae Mediolanensis Eccle-
» siae benignitatis officium, sed et nostrum, qui, licet immeriti, eidem Ec-
» clesiae praesidemus, deposcit conditio, ut volentibus et optantibus Do-
» mino famulari, favorabile praebeamus obsequium, ac prosequamur eos
» ad omne, quod possumus et debemus, gratae commodum libertatis. Hinc
» est, quod vobis et aliis, quos de cetero recipere vos continget, in eodem
» loco Deo servientibus et sancti Augustini regulam devote servantibus,
» nos tamquam Patrem, ut tenemur, exhibentes, favorabiles et benignos
» nos communibus vestris bonis quae habetis et imposterum juste poteri-
» tis adipisci, sub nostra et Mediolanensis Ecclesiae protectione suscipia-
» mus, et Sancti Augustini vobis observandam damus Regulam, et perpe-
» tuo confirmamus, ut de cetero secundum ipsam Regulam vivere debeatis
» habendo Magistrum, cui teneamini obedire in ipsius Regulae Insti-
» tuto; jure Visitationis et correctionis, et quolibet alio jure et jurisdi-
» ctione Archiepiscopali seu Episcopali in vos et Successores vestros, ac
» Hospitale praedictum in nobis et Archiepiscopatu Mediolanensi plene et
» integre reservatis; et vobis etiam praestantibus nobis et Archiepisco-
» patui Mediolanensi Censum, ad honoris, visitationis, et subjectionis, et
» omnium jurium supradictorum signum, in festo Beati Ambrosii, cerae
» annis singulis libram unam. Vos ergo tamquam Viri providae probita-
» tis, vos ipsos diligenter conspicite, sicque vos Deo ac Sanctae Ecclesiae,
» ac vestri Ordinis honori et utilitati competentes et convenientes profi-
» cite, ut Deus vos inde merito prosequi ac nos possimus et debeamus
» semper in omnibus et per omnia, prout jus et ordo proposcerit, ad dona
» sublimia promerenda. Nulli ergo omnino hominum ditioni nostrae sub-
» jectorum liceat hanc paginam nostrae Concessionis et confirmationis
» infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attem-
» ptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beati Ambrosii
» Confessoris Patroni nostri et nostram se noverit incursurum. Dat. Me-
» diolani, die XIV Februarii, Anno Domini currente MCCLXXXVII, XV
» Indictione. »

Più da vicino si adoperava infrattanto il benemerito arcivescovo per la riforma dei costumi nel suo clero, e per la integrità della ecclesiastica

disciplina. Al che appartiene il documento dell'anno 1280, diretto a ristabilire gli ordinamenti del suo antecessore Leone da Perago, circa la residenza dei cherici beneficiati delle varie chiese della città e della diocesi (1):

« IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESV CHRISTI. Anno a Nativitate » ejusdem millesimo ducentesimo octuagesimo, die Veneris duodecimo Ja- » nuarii, Indictione octava, in Palatio veteri Archiepiscopatus Mediolani in » praesentia mei Notarii et Testium infrascriptorum. Congregatis ibi Ca- » pitulo Mediolanensis Ecclesiae et Clero Mediolani, pro hoc et aliis ne- » gotiis solemniter convocatis, Venerabilis Pater Dominus Otto, Dei gratia » Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopus: Cum in Constitutione » seu Statuto bone memorie Domini Fratris. Leonis, olim Archiepiscopi » Mediolani contineatur, quod quilibet Clericus beneficiatus ad Ecclesiam » suam habitet, deserviat, et qui alibi habitant, ad Ecclesias suas redeant » infra mensem, ibidem residentiam et debitum servitium impensuri, ita » quod ibi jaceant et comedant, nec eis in locis aliis de communi alicui » ministrent, in transgressores excommunicationis sententia promulgata, » nisi fuerint in Scholis, vel alias ex justa et necessaria causa absentes, vel » ita fuerint impuberes gartiones, quod potius eos sub disciplina et cura » parentum expediat educari; interpretando declaravit, presentibus et as- » sistentibus eidem .... Archipresbytero et Capitulo dicte Mediola- » nensis Ecclesiae, quod quilibet Clericus Beneficia cum cura et sine cura » obtinens, in Beneficio cum cura residere personaliter teneatur; alioquin » penam dicte Constitutionis ipsius Domini Fratris Leonis, olim Archie- » piscopi Mediolani incurrit. Et considerans et attendens idem Dominus » Archiepiscopus utilitatem et commodum Ecclesiarum Civitatis et Dioce- » sis Mediolan., et animarum salutem, cassavit et revocavit, et cassat et » revocat omnes dispensationes et indulgentias et licentias cujuscumque » tenoris existant, per ipsum Dominum Archiepiscopum, seu per Vicarios » suos datas et concessas quibuscumque ..... Prelatis, Rectoribus, Ca- » nonicis et Capellanis, seu aliis Clericis Civitatis et Diocesis Mediolan. » de residentia non facienda in Ecclesiis, sive Beneficiis suis contra Con- » stitutionem predictam et contra Constitutionem felicis recordationis

(1) Per la prima ed unica volta fu pubblicato questo documento dal Sassi, pag. 746 e seg. del tom. II.

» Domini Gregorii Pape Decimi editam in Concilio Lugdonensi, in qua in-
» ter cetera continetur, quod in his, que ad regimen Parochialis Ecclesiae
» pertinent, ut gregis sibi crediti diligentius gerere curam possit, in Paro-
» chiali Ecclesia, cujus Rector existit, residere personaliter teneatur. Quas
» quidem Constitutiones, interpretationem et declarationem, et omnia su-
» pradicta, precepit et precipit dictus Dominus Archiepiscopus inviolabi-
» liter observari.

» Interfuerunt ibi Testes rogati Angleria de Angleria, Laurentius de
» Liscate, et Ubertus de Gorla . . . . Archiepiscopatus. »

Oltre di questi interni e diocesani provvedimenti, furono stabilite leggi per l'ecclesiastico riordinamento di tutta la metropolitana provincia. Perciò Ottone radunò due volte il sinodo provinciale; nell'anno 1287, il dì 12 settembre, nella basilica estiva di santa Tecla, e nel 1291, nei giorni 27, 28 e 29 novembre similmente nella basilica di santa Tecla. Del primo pubblicò gli atti il chiarissimo Muratori (1), i quali sono della massima importanza per la saggia amministrazione di qualsiasi diocesi, in ciò che spetta alla parte disciplinare. Sorse questione in questa sacra assemblea tra il vescovo di Brescia e quello di Vercelli, pel diritto del posto; e benchè i raccolti prelati si adoperassero a conciliarne le differenze, il vescovo di Vercelli si appellò alla santa Sede Apostolica, e partì dal sinodo. Il secondo ebbe per principale oggetto gli affari della Palestina e delle crociate contro i Saraceni.

Altri avvenimenti del tempo, in cui Ottone possedeva la cattedra arcivescovile di Milano, sono sì l'accoglienza da lui fatta e ai frati carmelitani, assegnando loro opportuno terreno a porta Comense, nell'anno 1268, per fabbricarsi chiesa e convento; ed ai serviti, a cui concesse luogo a porta Orientale, ov'erano da prima i sacchiti; e sì l'istituzione della prebenda teologale nel capitolo dei canonici della sua metropolitana, assegnandovi del suo annua rendita, nell'ultima testamentaria disposizione scritta nel 1292. Ordinò inoltre, che nella basilica metropolitana fosse eretto a sue spese un altare intitolato a sant'Agnese, a ricordanza della vittoria da lui ottenuta sui Torriani, il giorno sacro a cotesta santa, presso al castello di Desio.

(1) *Rer. Italic. Script.*, tom. VIII.

Negli ultimi anni della sua vita, rinunziò a Matteo Visconti, figlio di suo fratello, il civile governo della città, ed egli si ritirò nel monastero Caravalle, a terminare colà, nel riposo e nella tranquillità, dopo tanti vagli ed esilii e guerrieri conflitti, i suoi giorni. Ed ivi appunto, non già Milano, come scrisse il Galesini; morì il dì 8 agosto 1295, in età di ottotto anni. Le sue virtù, le sue geste, le pastorali sollecitudini e le civili ovvidenze altresì, per lo bene della sua chiesa e del suo popolo, gli meriono il soprannome di *grande*. Ogni ordine di cittadini ne deplorò la pera con manifeste dimostrazioni di duolo: le mortali sue spoglie furono rtate con solenne pompa in Milano, ove se ne celebrarono gli estremi fizi, coll'affluenza della nobiltà e dei primarii della metropoli: in fine, rono collocate in urna marmorea nella basilica d'inverno, ove a decoso ornamento fu scolpita l'epigrafe:

INCLYTVS ILLE PATER PATRIAE, LVX, GLORIA PATRVM,
FVLGOR JVSTITIAE, FIDEI BASIS, ARCA SOPHIAE,
LARGITOR VENIAE, PORTVS PIETATIS EGENIS,
INTREPIDVS PASTOR, QVEM MOLES NVLLA LABORVM
ARDVA DEVICIT, POPVLO LATVRA QVIETEM;
ILLE PIVS PRINCEPS ET PRAESVL AMABILIS, IN QVEM
ALTVS VIRTVTVM SPLENDOR CONVENERAT OMNIS,
QVO MEDIOLANVM RADIABAT LAMPADE TANTA,
TOTAQVE FVLGEBAT REGIO, NVNC PALLET ADEMPTO,
CLARA VICECOMITVM PROLES, VENERABILIS OTHO.
O DOLOR! O VVLNVS! CINIS EST HOC MARMORE FACTVS:
CHRISTE PATER VITAE, REQVIESCAT SPIRITVS IN TE.
ANNIS VNDENIS, TER SENIS, TERQVE DIEBVS
PRAEFVIT ECCLESIAE PASTOR BONVS AMBROSIANAE
MILLE DVCENTENO QVINTO NOVIESQVE DECENO
QVARTO HIC AVGVSTI BIS, LIQVIT GAVDIA MVNDI.

In quest'epigrafe è calcolato il tempo del pastorale governo di Ottone dall'epoca soltanto, in cui gli ambasciatori milanesi presentaronsi al papa Clemente IV; e perciò lo si dice vissuto sulla cattedra arcivescovile *annis undenis*, *ter senis, terque diebus*, ossia ventinove anni e tre giorni. Ma il summentovato pontefice riconobbe sempre valida e legittima l'elezione fatta

dal suo predecessore Urbano IV, che promosse a questo seggio il Visconti nel 1263, cosicchè fu veramente arcivescovo di Milano trentadue anni.

Queste lodevoli premure dell' arcivescovo Francesco III, per la conservazione dei sacri riti della sua chiesa, gli cagionarono talvolta qualche amarezza e qualche persecuzione, da parte forse di coloro, che non volevano riformati gli abusi introdotti, oppure che troppo zelanti di novità si avrebbero voluto appigliare alle usanze della chiesa romana. Perciò, negli ultimi anni del suo pastorale governo, si ritirò a finire in pace i suoi giorni nel monastero di Castellaccio, fuori di porta Ticinese. Ce ne dà sicura notizia Donato Bossi, scrittore, che dimorava allora in Milano, il quale inoltre ci attesta la santità della vita di lui con le seguenti parole (2): « Franciscus Pizopassus sanctissimae vitae Vir fuit, quippe qui corpus » suum cilicio crebrisque jejuniis macerabat. Demum ad extremum aetatis » perductus, quod reliquum fuit vitae, in Monasterio Castellatii extra Tici- » nensem Portam peregit, cum multas in Sede persecutiones sustinuisset. »

(1) Parla di questi sforzi del cardinale Braida, per l' abolizione del rito ambrosiano, anche il Piazza, *Gerarchia Cardinalizia*, pag. 116. Ma più diligentemente ne parlò il Sassi, sull'autorità degli antichi storici Ripamonti e Corio, nella pag. 870 del tom. III.

(2) Presso il Sassi, pag. 873 del tom. III.

Tuttavolta anche di colà si prese sempre particolare interessamento per la spirituale amministrazione del suo gregge, e per lo decoro e lo splendore del divino culto nella sua basilica metropolitana. Perciò nel 1441 v'istituì la dignità di primicerio, parificata alle altre due, che la precedevano, di arciprete e di arcidiacono. Per la quale istituzione estese il documento, che qui trascrivo, dal quale ci sono fatte palesi le prerogative e le attribuzioni di questo dignitario (1).

« IN NOMINE DOMINI. Anno a Nativitate ejusdem millesimo quadrin» gentesimo quadragesimo primo, Indictione quarta, die vero Veneris » quarto mensis Augusti. Ad praesentiam Reverendissimi in Christo Pa» tris Domini Francisci, miseratione Divina Sanctae Mediolanensis Eccle» siae Archiepiscopi: Accesserunt praenominati Dominus Franciscus de » la Cruce Primicerius et Canonicus Praebendatus, seu Ordinarius ante» dictus, nec non praefatus Dominus Petrus de Castellonio, Archipresbyter » et Canonicus, seu Ordinarius praedictae Majoris Ecclesiae, suo nomine » et Sindacario et Procuratorio nomine aliorum Dominorum Canonico» rum, seu Ordinariorum et Capituli praedictae Majoris Ecclesiae, excepto » praedicto Domino Joseph. Et praefato Domino Archiepiscopo proposue» runt et narraverunt, prout alias narratum fuisse dixerunt: Quod in ipsa » Mediolani Ecclesia Primiceriatus major et minor existunt, et major, Di» gnitas honorabilis est, quam ipse Dominus Franciscus de la Cruce obti» net, habens ex longissima et inconcussa consuetudine, et per tanti tempo» ris spatium, quod non est memoria in contrarium, cognitionem et de» cisionem Causarum matrimonialium Civitatis et Dioecesis Mediolani, » facultatem absolvendi in Casibus Episcopalibus, et secundum antiqua » Ecclesiae Instituta, et prout in Libro antiquo Sacristiae dictae Ecclesiae, » in quo Ordines et praeeminentiae Dignitatum ejusdem describuntur, est » latius expressum, Archiepiscopi Poenitentiarius existit. Est quoque Caput » Cleri et Centum de Ferula, et Major inter Praepositos Collegiatarum » Ecclesiarum et Praepositorum Praepositus nuncupatur.

» In Letaniis Primicerius ipse Major et aliis Congregationibus Ferula » utitur, sicut Archipresbyter et Archidiaconus, imo Centum sub se habet,

(1) V'era nella chiesa ambrosiana un *Primicerio* di tutto il clero milanese, come s'è veduto anche nelle pagine addietro: ma questo non formava parte delle dignità e del capitolo della basilica metropolitana. Ved. il Sassi, pag. 874 del tom. III.

» qui de Ferula dicuntur; habet collationem Obedientiarum ejusdem Ma-
» joris Ecclesiae, et curam Anniversariorum quae fiunt per totum Clerum,
» et ad hoc Erogatorios et Distributores constituit ; et quoniam modernis
» temporibus non apparet, quod Primiceriatus ipse Major certum et deter-
» minatum locum in Choro aut Capitulo habeat, nec in Divinis in ipsa
» Ecclesia deservire videtur, nec de praesenti Dignitas Capitularis repu-
» tetur, licet olim aliter fuisse dicatur, ad decorem ejusdem Majoris Ec-
» clesiae, et ut haec Dignitis ad servitium in Divinis reducatur, alias ven-
» tilatum fuit in praesentia praefati Reverendissimi Domini Archiepiscopi,
» quod Primiceriatus ipse Major, qui, ut praefertur. Dignitas existit, cum
» facultatibus, portionibus, emolumentis, honorantiis et praerogativis, aliis
» Dignitatibus dictae Ecclesiae praestari solitis, in Capitulo Majori Domi-
» norum Ordinariorum nuncupato reducatur, et dignitas Capitularis ejus-
» dem Majoris Capituli Dominorum Ordinariorum, tertia videlicet post
» Archipresbyteratum et Archidiaconatum existat et adinstar aliarum di-
» gnitatum per dumtaxat Canonicum Praebendatum Ordinarium ipsius
» Majoris Ecclesiae obtineatur et obtineri possit : quo casu propter aug-
» mentum Dignitatis hujusmodi multiplicabitur honor ipsius Majoris Eccle-
» siae in Capitulo Majori, nec minuetur de honore Cleri, cujus Caput in
» Capitulo Ecclesiae praedictae Cathedralis honoribus et praerogativis ac
» emolumentis, quibus DD. Archipresbyter et Archidiaconus potiuntur,
» decorabitur. Seque ipse Dominus Franciscus modernus Canonicus et
» Ordinarius, ut commodius serviatur Ecclesiae in Divinis, et ne hoc fiat
» cum onere et gravamine Residentiae et Capitularis Mensae dictae Ec-
» clesiae, obtulit et iterum offert eo casu, quo praemissa omnia et singula
» adimplebuntur, et non aliter, nec alio modo facturus, ponere et dimit-
» tere in Mensa Capitulari Collegii praefatorum Dominorum Ordinariorum
» praestationem annuam florenorum viginti, quae Praebendae seu Ordi-
» nariae suae fit et praestatur, et fieri et praestari habet singulis annis in
» perpetuum, per Capitulum ipsorum Dominorum Ordinariorum super
» possessione et Bonis de Rozano Mediolanensis Dioecesis ; et quod ha-
» bitis per ipsum Dominum Archipresbyterum et Canonicum seu Ordina-
» rium, ac alios Canonicos seu Ordinarios, super praemissis omnibus,
» tractatibus et collationibus opportunis, omnes et unanimiter, Domino,
» Joseph de Brippio excepto, deliberaverunt, ad receptionem dicti Primi-
» ceriatus in dicto Capitulo Majori, et ejus institutionem pro tertia

» Dignitate, quae adinstar aliarum sit, et illis emolumentis portionibus,
» praerogativis et honoribus perpetuo utatur et gaudeat, quibus aliae Di-
» gnitates in dicto Capitulo Majori uti solitae sunt, et quomodolibet po-
» tiuntur; nec non ad liberationem praedictae annuae praestationis et
» bonorum ejusdem, quae perpetuo ad commodum Mensae Capitularis
» permaneant, praemissis omnibus et singulis plenum effectum sortien-
» tibus, et non aliter, nec alio modo: Attento potissime, quod Praebenda
» seu Ordinaria, quam ipse Dominus Franciscus obtinet, ultra hujusmodi
» praestationem et bona, reditus sufficientes, secundum communiter et
» alias Ordinarias habere cognoscitur, debere procedi. Quare praefato
» Domino Archiepiscopo humiliter supplicarunt, quatenus praemissis at-
» tentis statuere et ordinare dignetur, quod dictus Primiceriatus Major
» de cetero Dignitas sit Capitularis praedicti Collegii Dominorum Ordi-
» nariorum, et tertia Dignitas, videlicet post Archipresbyteratum et Ar-
» chidiaconatum, et tertium locum habeat in Choro et in Capitulo, ac
» tertiam vocem, et eisdem honoribus portionibus emolumentis et prae-
» rogativis perpetuo gaudeat et fruatur, quibus Archipresbyteratus et
» Archidiaconatus praedictae Majoris Ecclesiae hodie gaudent et fruun-
» tur, et ut commodius ipsi Ecclesiae serviri possit in Divinis, et prae-
» missis omnibus et singulis ut supra plenum sortientibus effectum, et
» non aliter, a dicta praestatione Florenorum viginti Mensa Capitularis
» perpetuo libera remaneat, et bona super quibus dicta praestatio fieri
» habet, eidem Mensae libere remaneant, et eorum reditus in utilitatem
» dictae Mensae, videlicet servientium in Divinis praefato Collegio Domi-
» norum Ordinariorum perpetuo convertantur. Et in casum et eventum,
» quo praemissa omnia et singula plenum sortiantur effectum, et non aliter
» nec alio modo, praedictus Dominus Franciscus Praebendatus seu Ordi-
» narius antedictus liberavit et liberat praedictam Mensam Capitularem a
» dicta praestatione Florenorum viginti, et bona super quibus dicta prae-
» statio fieri habet, ita quod eidem Mensae libere remaneant, et eorum
» reditus ut supra convertantur.

» Prefatus autem Dominus Archiepiscopus qui ut dixit, de praemissis
» maturam informationem habuit, imo jamdiu consideravit, valde convenire
» utilitati et onori dictae Ecclesiae ita fieri, et hoc procul dubio ad aug-
» mentum honoris et servitii in ipso Majori Capitulo: Et considerans, pro-
» pter hoc non diminui de honore Cleri, cujus caput in Capitulo Ecclesiae

» praedictae Cathedralis honoribus portionibus praerogativis ac emolu-
» mentis, quibus Archipresbyter et Archidiaconus potiuntur, decorabitur,
» omnibus auctoritate jure via causa et forma, quibus melius potuit, in
» praesentia, ac de voluntate et consensu praenominati Domini Francisci
» Primicerii, et Canonici Praebendati seu Ordinarii antedicti, necnon prae-
» fati Domini Archipresbyteri et Sindici, habentis ad haec specialem po-
» testatem, ibi praesentium et consentientium, et fieri petentium, videlicet
» ipsius Domini Archipresbyteri, et Canonici seu Ordinarii antedicti suo
» nomine, et nomine aliorum Canonicorum seu Ordinariorum, et Capi-
» tuli praedictae Majoris Ecclesiae, statuit et ordinavit, et statuit et ordi-
» nat, quod dictus Primiceriatus Major de cetero Dignitas sit Capitularis
» praedicti Collegii Dominorum Ordinariorum, et tertia Dignitas, videlicet
» post Archipresbyteratum et Archidiaconatum, et tertium locum habeat
» in Choro, et Capitulo, ac tertiam vocem, et eisdam honoribus et portio-
» nibus emolumentis ac praerogativis perpetuo gaudeat et fruatur, quibus
» Archipresbyteratus et Arcihdiaconatus predictae Majoris Ecclesiae ho-
» diae gaudent et fruuntur, et ut commodius ipsi Ecclesiae serviri possit
» in Divinis, quod praemissis omnibus et singulis plenum sortientibus ef-
» fectum, et non aliter, a dicta praestatione Florenorum viginti Mensa Ca-
» pitularis perpetuo libera remaneat, et bona super quibus dicta fieri ha-
» bent, eidem Mensae libere remaneant, et eorum reditus in utilitatem di-
» ctae Mensae, videlicet serventium in Divinis praedicto Collegio Domino-
» rum Ordinariorum perpetuo convertantur. Et haec omnia praesentibus
» volentibus, et consentientibus praenominato Domino Francisco Primice-
» rio et Canonico Praebendato seu Ordinario antedicto, necnon praefato
» Domino Archipresbytero et Canonico seu Ordinario, suo nomine et Sin-
» dicario nomine quo supra. Et qui Dominus Archipresbyter et Sindicus
» in executione praemissorum, suo etdictis nominibus recepit, et admisit
» praedictum Dominum Franciscum Primicerium antedictum, ad hujus-
» modi Dignitatum Capitularem cum honorantiis emolumentis et praero-
» gativis antedictis, et adinstar aliarum Dignitatum.

» Et de praemissis omnibus et singulis praefatus Reverendissimus Pa-
» ter Dominus, Dominus Archiepiscopus mandavit, et praenominati Domi-
» nus Franciscus Primicerius et Canonicus, seu ordinarius antedictus, nec-
» non praefatus Dominus Ecclesiae Archipresbyter et Sindicus rogaverunt
» per me Notarium infrascriptum publicum debere confici Instrumentum.

» Actum in Domibus Residentiae praefati Reverendissimi Domini Ar-
» chiepiscopi, sit in Monasterio de Castellatio Mediolanensis Dioecesis, pre-
» sentibus ibidem Honorabil. et discretis Viris Domino Presbytero Petro
» de Medicis de Novate Capellano praefati Domini Archiepiscopi, Thoma
» de Stucchis filio Domini Bartolini Portae Orientalis, Parochiae Sancti
» Babilae Mediolani, et Salvatore de Castellanis de Bononia, filio Magister
» Johannis, famulo praefacti Domini Archiepiscopi, testibus omnibus ido-
» neis, ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

(L. S.)

» Ego Ambrosius de Calvis, filius Domini Guillelmi, publicus Imperiali
» auctoritate Notarius Mediolani, et Curiae Archiepiscopalis Mediolanensis
» Notarius, praemissis, una cum praenominatis testibus praesens fui, et
» inde rogatus hoc publicum Instrumentum tradidi et confeci, ac per alium
» fideliter scribi fui, et hic me subscripsi, signum meum apponens assue-
» tum, in fidem et testimonium praemissorum. »

Morì il benemerito arcivescovo nel 1443, come ho detto anche di sopra, e fu sepolto nella basilica metropolitana dinanzi all'altar maggiore. Enrico II Rampini da sant' Alosio, nato a Tortona, gli fu sostituito nel pastorale ministero dal papa Eugenio IV, il dì 24 agosto del medesimo anno: era stato prima vescovo di Tortona, sino dal 1415; poi nel 1437 era stato trasferito al vescovato di Pavia, donde veniva ora a possedere il seggio arcivescovile. Tre anni dopo, il dì 16 dicembre, fu decorato anche della porpora cardinalizia del titolo di san Clemente.

Accadde scandalosa rissa, intorno a questo tempo, tra i frati dell'ordine degli umiliati ed i monaci benedettini cassinesi della congregazione di santa Giustina, ai quali per bolla del pontefice Eugenio IV, nel 1436, addì 26 gennaro, era stato concesso il monastero de' santi Pietro e Paolo, appellato *in Glaxiate*, nei sobborghi di Milano, donde quelli a cagione della loro rilassatezza di vita erano stati espulsi. Del che sdegnati; tanto più, che le loro istanze al concilio di Basilea erano state respinte con avversa sentenza del dì 7 febbraro 1438; assalirono a mano armata quel monastero, ne ruppero le porte, vi scacciarono i monaci, ed eglino di bel nuovo vi si stabilirono. Giuntane notizia al papa Nicolò V, un breve pontificio del 1447 incaricò il cardinale arcivescovo Enrico a rimettere nel loro legittimo possesso di quel monastero i benedettini. Enrico perciò si diresse

con grave lettera al generale degli umiliati, in obbedienza al pontificio comando, scrivendogli del seguente tenore (1):

« HENRICVS Divina miseratione Tit. sancti Clementis Sanctae Roma-
» nae Ecclesiae Presbyter Cardinalis, ac Sanctae Mediolanensis Ecclesiae
» Archiepiscopus, nec non in Civitate et Provincia Mediolanensi, ac par-
» tibus Lombardiae Sedis Apostolicae Legatus et Executor, per Sanctissi-
» mum in Christo Patrem et Dominum nostrum, Dominum Nicolaum Di-
» vina providentia Papam V, ut infra, specialiter, deputatus : Rev. Patri
» Domino Generali Ordinis Humiliatorum, nec non omnibus et singulis
» Monachis dicti Ordinis, quibus praesentes nostrae fuerint Literae prae-
» sentatae, seu ad quorum notitiam pervenerint, salutem in Domino, et
» mandatis nostris, imo verius Apostolicis, firmiter et humiliter obedire.
» Literas Apostolicas, seu Breve praefati Sanctissimi Domini nostri Papae
» sub Annulo Piscatoris recepimus, hujusmodi sub tenore :

» Nicolaus Papa V. Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam benedi-
» ctionem. Audivimus rem nobis satis gravem, quod videlicet nonnulli ex
» Humiliatorum Ordine Monachi, una cum plerisque Laicis, violenta et
» armata manu, more hostili impetum fecerunt in Prioratum Sanctorum
» Petri et Pauli de Glaxiate Mediolani, Ordinis Sancti Benedicti, portas
» confringentes, serras disrumpentes, sagittis et jaculis ceterisque armorum
» generibus expugnantes dilectos filios Monacos dicti Prioratus, ibi habi-
» tantes, partim vulnerantes, partim diripientes inde ejecerunt, dictumque
» locum occuparunt, et nisi Laicali potentia inde ejecti fuissent, adhuc in
» tam gravi excessu permansissent. Hoc profecto nobis, cum intelleximus,
» admodum displicuit. Quare mandamus Fraternitati tuae, quatenus tam
» Generali, quam omnibus et singulis Monachis dicti Ordinis, sub poena
» excommunicationis quam contrafacientes ipso facto incurrant, cujus
» absolutionem Sedi Apostolicae reservamus, praecipias, ne de cetero
» praefatos Prioratum, Priorem, et Monachos molestent aut inquietent,
» directe vel indirecte, per se vel per alios, quovis quesito colore, reser-
» vantes nobis si aliquid contra id attemptaverint, debitas poenas contra
» praefatos Humiliatos ; non obstantibus dicti Ordinis privilegiis, etiamsi
« de ipsis specialis et expressa mentio fieri deberet, et aliis contrariis

(1) Presso il Sassi, pag. 884 e seg. del tom. III.

» quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Pi-
» scatoris, die ultimo octobris, Pontificatus nostri anno primo.

« Quo circa volentes mandatum Apostolicum nobis, ut praemittitur, in hac
» parte directum, ut tenemur, exequi reverenter, prout etiam pro parte Do-
» mini Prioris, Monachorum et Conventus praedicti Monasterii da Glassiate
» in ipsis literis Apostolicis nominatorum fuimus requisiti, vos et vestrum
» singulos auctoritate Apostolica suprascripta, qua fungimur in hac parte,
» primo, secundo, tertio, et peremptorie praesentium tenore requirimus
» et monemus, dantes vobis et vestrum singulis nihilominus, in virtute
» sanctae obedientiae, et sub excommunicationis poena, quam contrafa-
» cientes ipso facto incurrent, districtius in mandatis, ne de cetero prae-
» fatos Prioratum Priorem et Monachos molestare et inquietare directe
» vel indirecte, per vos vel alium, seu alios, quovis quaesito colore prae-
» sumatis, nec alter vestrum praesumat; alioquin vos et vestrum singulos
» inobedientes et contrafacientes, excommunicationis sententiam, juxta
» praedictarum Literarum Apostolicarum seu Brevis tenorem, ipso facto
» incurrere declaramus, per Sedem Apostolicam dumtaxat absolvendos.
» In quorum testimonium praesentes fieri jussimus, et sigilli nostri medio-
» cris munimine roborari. De quarum praesentatione, harum Latori, Cu-
» riae nostrae Servitori dabimus plenam fidem. Datum Mediolani apud
» Sanctum Stephanum in Brolio MCDXLVII, die XIV mensis Decembris,
» undecima Indictione. »

Spiccò largamente la carità dell' arcivescovo Enrico II in mezzo alle angustie della carestia, da cui era travagliata la città nel 1449; e sebbene si trovass' egli allora in Roma, spedì a Milano grosse somme di denaro; fece spogliare di tutte le suppellettili e gli addobbamenti il suo palazzo e ne convertì il prezzo a sostentamento dei poveri; ed ogni sua cosa in somma consecrò a riparare l' enorme disastro: lo che ci è attestato dal diligente cronista Donato Bossi summentovato, con le seguenti parole: « Henricus de Sancto Alossio .... cum sub Dominio Mediolanensis » populi saevissima fame Urbs premeretur, largissimas eleemosynas plebi » laboranti dicitur transmisisse, seque ac familiam omnem, quo fame » pereuntibus largius subveniret, omni patrimonio exuisse. » Morì in Roma il dì 4 luglio 1450, ed ivi fu sepolto nella chiesa del suo titolo cardinalizio di san Clemente, ove anche gli fu scolpita l' epigrafe:

HEV DECVS, HEV LVMEN! TIBI NVNC DOMVS INCLYTA SANCTA
DE ALOSIO, PERIIT TVVS IPSE COLENDVS HENRICVS.
HAC REQVIESCIT HVMO, PRIMVM QVI TEMPORE LONGO
PRAESVL IN VRBE FVIT DERTHONAE, DEINDE PAPIAE,
POST MEDIOLANI SACER ARCHIEPISCOPVS, INDE
PRO VIRTVTE SVA RVBEO FVIT ECCE GALERO
PER PAPAM EVGENIVM DONATVS IN ORDINE QVARTVM,
HIC PIVS, HIC SAPIENS, HIC JVSTVS, CASTVS, HONESTVS,
SERVORVMQVE DEI PROTECTOR IN OMNIBVS ARDENS.
HIC TESTAMENTVM RENVIT SIBI CONDERE, DICENS
CVNCTA FORE ECCLESIAE, SE CVNCTA RELINQVERE CHRISTO
QVI DEDIT; AC TAMDEM CVM SEXAGINTA SVBISSET
ANNORVM AETATEM, JVBILAEI TEMPORE SANCTI,
MILLE QVADRINGENTIS ET QVINQVAGINTA SVB ANNIS,
ATQVE DIE QVARTA JVLII DEVOTVS ET ALMVS
SPIRITVS ILLE SVVS FELIX SVPER ASTRA VOLAVIT.

Un' intrusione nella sede milanese era stata tentata, come altrove ho narrato, dopo la morte dell' arcivescovo fr. Francesco II Creppa, e l'intruso, che vi era stato promosso dal già deposto pontefice Gregorio XII, era un Giovanni Visconti, figlio del generale d'armi Vercellino Visconti. Egli sino dall' anno 1402 era stato dichiarato arciprete del capitolo canonicale della metropolitana, ed aveva poscia ottenuto in commenda il monastero di Morimondo nell'Insubria: egli, dacchè non eragli riuscito di salire sulla santa cattedra arcivescovile, nè d' impedirne l' accesso ai tre legittimi pastori successivamente promossi dipoi, aveva condotto vita oscura e privata sino all' anno 1450. Nel qual anno, estinta la schiatta dei duchi Visconti, e sottentratovi Francesco Sforza, potè anch' egli ottenere legittimamente col favore del nuovo duca, l'ambita dignità, conferitagli dal pontefice Nicolò V. Egli fu perciò in questa sede Giovanni III. Ma per poco la godè; non sopravvisse che due anni e sette mesi. Incominciò il suo pastorale governo il dì 5 agosto 1450, e chiuse i suoi giorni il dì 5 marzo 1453. Tuttavolta della sua premura per l' ecclesiastica disciplina e per lo decoro del divino culto da lui promosso prima ancora di essere arcivescovo, abbiamo onorevole testimonianza nell' istituzione, ch' egli fece,

sì della dignità di prevosto, quarta nella metropolitana, cioè, dopo quella del primicerio; e sì di altri due canonicati in essa basilica, non che di altri due nella chiesa degli apostoli; riservando di tutte queste fondazioni il giuspatronato alla sua famiglia in perpetuo. Le quali istituzioni canonicamente furono approvate dal pontefice Eugenio IV, con apostolico breve del dì 20 agosto 1440, del seguente tenore (1):

EVGENIVS, EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

DILECTO FILIO JOSEPH DE BRIPPIO, CANONICO MEDIOLANENSI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

« Romani Pontificis providentia circumspecta, pia supplicum vota, » per quae Ecclesiis, praesertim Metropolitanis, decor et venustas requi- » runtur, nec non Divinus inibi cultus augeri speratur, ad exaudationis » gratiam favorabiliter admittit, et ut in illa debito mancipentur effectu, » prout expedire cognoscit, partes suae solicitudinis interponit. Sane pro » parte Vener. Fratris nostri Joannis de Vicecomitibus Archiepiscopi, no- » bis nuper exhibita petitio continebat, quod ipse ad Majoris Ecclesiae » Mediolanensis venustatem et decorem, ac Divini in ea cultus augmen- » tum propensius aspirans, cupiensque terrena in coelestia, et transitoria » in aeterna felici commercio commutare, ultra alias in ipsa Ecclesia olim » institutas Dignitates et Beneficia, Praepositurам quae in illa Dignitas sit, » necnon, cum aliae Dignitates hujusmodi juxta ejusdem Ecclesiae con- » suetudines et Statuta solum per illius Canonicos pro tempore gubernen- » tur, Canonicatum et Praebendam in Choro majori ipsius Ecclesiae, Or- » dinariorum nuncupato, qui eidem Praepositurae annexi existant, et cum » illa per idoneum quae de nobili genere procreata, aut saltem ex antiqua » Civitatis vel Dioecesis Mediolanensis prosapia sit, personam, adinstar » aliorum in dicta Ecclesia Dignitates alias praefatas obtinentium, obti- » neri possint et debeant, et quae quidem persona singulis honoribus et » emolumentis, quibus Canonici ejusdem Ecclesiae, Ordinarii nuncupati, » quomodolibet utuntur et gaudent, necnon universis eis cedere solitis inibi » proventibus, juribus, et obventionibus uti et gaudere, illaque percipere

(1) Ved. il Sassi, pag. 892 del tom. III.

» et habere debeat, instituere; illosque de bonis sibi desuper collatis
» pro uno Praeposito et Canonico, qui in dicta Ecclesia personaliter re-
» sidere teneatur, necnon duos, videlicet ad aliquod idem Archiepiscopus
» ad id eligendum duxerit, in praedicta unam, et etiam Beatae Mariae de
» la Florana nuncupatae in Sancti Nazarii in Brobio Mediolani Ecclesiis
» sita Altaria aliam, perpetuas Sacerdotales Capellanias pro duobus Capel-
» lanis, quorum quilibet in eo ex Altaribus praedictis, ad quod Capellania
» sua fundata erit, singulis singularum septimanarum diebus per anni
» circulum Missam pro ipsius Archiepiscopi, suorumque Parentum et
» Amicorum, ac omnium fidelium defunctorum remedio animarum, im-
» pedimentis cessantibus legitimis, perpetuo celebrare teneatur et debeat,
» de praemissis bonis sufficienter dotare proponit pariter et intendit; Ju-
» repatronatus et praesentandi ad Praepositurам ac Canonicatum et Prae-
» bendam praedictos, et ad quamlibet Capellaniarum praefatarum, quo-
» tiens singulorum illorum vacationis tempus occurrerit, etiam idoneas
» personas per Majoris quoad Praepositurам ac Canonicatum et Praeben-
» dam, necnon per Sancti Nazarii Ecclesiarum praedictarum Capitula quoad
» Capellanias hujusmodi instituendas, eidem Archiepiscopo, quamdiu in
» humanis egerit, et post ejus resolutionem illi vel illis, quem seu quos
» ipse Archiepiscopus in sua voluntate ultima nominandum seu nominan-
» dos duxerit in perpetuum reservato. Quare pro parte dicti Archiepiscopi
» nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi Praepositurам ac Canonicatum
» et Praebendam praedictos instituendi, illosque et Capellanias et Prae-
» bendam praedictos instituendi, illosque et Capellanias hujusmodi do-
» tandi, juxta modum et formam praemissos, licentiam concedere, ipsique
» ac per eum nominando seu nominandis praedictis Juspatronatus et
» praesentandi personas hujusmodi reservare de benignitate Apostolica
» dignaremur. Nos igitur pium Archiepiscopi propositum hujusmodi in
» Domino plurimum commendantes, ac cultum ipsius nostris potissime
» temporibus vigere et augeri intensis desideriis affectantes, hujusmodi
» supplicationibus inclinati, discretioni tuae mandamus, quatenus si et post-
» quam dictus Archiepiscopus pro Praepositurae ac Canonicatus et Prae-
» bendae institutione, necnon illorum, ac Capellaniarum dotatione hujus-
» modi, ita quod Praepositus juxta Praepositurae exigentiam decenter
» vivere, et Capellani de praesenti a congrue sustentari valeant, sufficientes
» competentesque facultates assignaverit, seu quod praemissa debite fiant,

» congruam et idoneam cautionem praestiterit, super quo tuam conscien-
» tiam oneramus, praefato Archiepiscopo Praeposituram cum Canonicatu
» et Praebenda pro uno Praeposito, qui dictae Majoris Ecclesiae Canoni-
» cus censeatur, et Praeposituram, et Canonicatum ac Praebendam prae-
» dictos, qui eidem Praeposilurae tunc annexi sint, adinstar aliorum in
» ipsa Majori Ecclesia dignitates obtinentium, obtinere in simul possit,
» instituendi, illosque, necnon pro duobus perpetuis ad dicta Altaria Ca-
» pellanis, Capellaniis hujusmodi juxta formam et modum supradictos, et
» cum conditionibus aliisque praemissis, dotandi licentiam auctoritate
» nostra largiaris; et nihilominus post institutionem Praepositurae ac
» Canonicatus et Praebendae, nec non dotationem praefatas, Juspatrona-
» tus et praesentandi personas hujusmodi, ut praemittitur, praefato Ar-
» chiepiscopo pro se, ac illi vel illis, quem seu quos ad id elegerit sive no-
» minaverit, ut praefertur, eadem auctoritate perpetuo reserves, non ob-
» stantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac de certo
» Canonicorum numero Majoris, et aliis ejusdem necnon Sancti Nazarii
» Ecclesiarum praedictarum, juramento, confirmatione Apostolica, vel
» quavis alia firmitate roboratis Statutis et Consuetudinibus, etiamsi de
» illis eorumque totis tenoribus, in praesentibus habenda foret mentio spe-
» cialis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Florentiae Anno In-
» carnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quadragesimo, tertio-
» decimo Calendas Septembris, Pontificatus nostri anno decimo. »

Tanta sua generosità verso la chiesa milanese, prima ancora che ne fosse arcivescovo; anzi, adontachè ne fosse stato respinto; porge ben giusto motivo di conghietturare, che molto più generoso sarebbe stato verso di essa, se più lungamente avesse potuto protrarre i suoi giorni. Morto, nel 1453, come ho detto di sopra, fu sepolto nella chiesa metropolitana, ov'egli stesso aveva indicato: sulla sua tomba gli fu scolpita l'epigrafe:

MCDLIII. MARTII QVINTO NONAS
INSVBRVM ANTISTITIS SACRI
DOMINI JOANNIS VICECOMITIS
HOC SEPVLCRVM TERRESTRE CORPVS OCCVLTAT:
ANIMAM VERO CHRISTVS OPTIMVS MAXIMVS
IN COELESTI COLLOCAVIT IMPERIO
CVM PRIMVM CORPOREO FVIT LIBERATA CARCERE.

Dopo ventitrè giorni di vedovanza, fu provveduta di sacro pastore la chiesa di Milano con la elezione del cremonese NICOLÒ Amidano, eletto il dì 26 marzo 1453; canonico di Mantova da prima, poi vescovo di Piacenza; uomo versatissimo nella civile ed ecclesiastica giurisprudenza. Un anno appena, meno cinque giorni, possedè egli la santa cattedra milanese. Morì a' 21 di marzo 1454, e fu sepolto dinanzi all' altare maggiore nella basilica metropolitana, ove gli fu scolpita l'epigrafe:

NICOLAO AMIDANO ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI
QVI OBIIT ANNO CHRISTI NATALIS MCDLIV.
XII. CALENDAS APRILIS
VINCENTIVS FRATRI HOC
P. M.

ROMAM PONTIFICIS QVI NOMINE REXIT ET IDEM
ANTE PLACENTINA PRAESVL IN VRBE FVIT,
DEHINC CATHEDRA AMBROSII RESIDENS AMIDANVS IN VRNA
HAC NICOLAVS INEST, PVLCHRA CREMONA, TVVS.
ILLE ANIMO INVICTVS DOCTA PIETATE FIDEQVE
AEQVABAT PRISCOS ET PIETATE PATRES.
IMPIA MORS NIMIVM, PASTOREM TOLLERE NOBIS
HEV PROPERAS, QVALEM SECVLA NVLLA FERENT.

Francesco Sforza, che dominava in Milano, aveva fatto raccomandazione al pontefice Nicolò V, appena morto l'Amidano, perchè promovesse ad arcivescovo successore di lui o il veronese Timoteo Maffei, canonico regolare, il quale già tre volte aveva sostenuto la suprema presidenza dell' ordine suo; oppure il milanese Gabriele Sforza, frate eremita agostiniano. Piacque al papa di eleggere il primo; sicchè TIMOTEO Maffei, per bolla apostolica del 29 marzo 1454, fu canonicamente dichiarato arcivescovo di Milano. Ma tanta era l'umiltà di questo valente personaggio, che ne fece, con le più fervide istanze, assoluta rinunzia (1). Perciò il pontefice gli sostituì, a' 21 di giugno dello stesso anno 1454, l' altro soggetto

(1) L'atto di questa sua rinunzia, elegantemente scritto, fu dato in luce dal Sassi, nel tom. III, dalla pag. 905 alla 920.

propostogli, FR. GABRIELE Sforza, ch'era fratello del duca stesso, e che dopo di avere dato saggi di militare valore, s' era ritirato dal mondo ed aveva professato in Firenze la regola di sant' Agostino, lasciando il primo suo nome di Carlo ed assumendo quello di Gabriele. Appena giunto a Milano, insignito dell'arcivescovile dignità, volse i suoi pensieri a piantare il grandioso ospitale, che per la singolarità della sua ampiezza, a differenza di quanti n' esistevano sino allora in cotesta metropoli, fu nominato, e sino al giorno d'oggi si nomina, *Ospitale maggiore*. Vi stabilì sagge regole, ne affidò l' amministrazione a diciotto de' più cospicui cavalieri milanesi a scelta degli arcivescovi futuri, lo dotò di pingui rendite. Si distinse altresì per la sua sagacità nel ricomporre gravi discordie, che tenevano agitati claustrali famiglie della sua città e nell' assoggettarle a provvide discipline. Consecrò solennemente il divoto tempio, eretto a Maria Santissima, sotto il titolo d' *Incoronata*, dalla munificenza del duca suo fratello; della quale erezione parla l' epigrafe, che vi fu scolpita sul marmo:

ILLVSTRISSIMVS DOMINVS DOMINVS
FRANCISCVS SFORTIA VICECOMES
DVCALI INSIGNITVS CORONA IN SIGNVM
DEVOTIONIS CORONATÆ VIRGINI TEMPLVM HOC
CONSTRVI FECIT SVADENTE B. GREGORIO
DE CREMONA HVJVS MONASTERII
FVNDATORE ANNO MCDLI.

Finì la vita, dopo un triennio e quasi tre mesi di pastorale reggenza, il benemerito arcivescovo Gabriele, il giorno 12 settembre 1457, e fu sepolto nella sunnominata chiesa dell' Incoronata, ove gli fu scolpita l' epigrafe:

MCDLVII. DIE XII. SEPTEMBRIS. OBIIT B. PATER
GABRIEL DE COTIGNOLA ARCHIEPISC. MEDIOLANEN.
ORDINIS OBSERVANTIAE FRATRVM EREMITARVM
S. AVGVSTINI AC FRATER GERMANVS ILL. D.
D. FRANCISCI SFORTIAE DVCIS MEDIOLANI.

Le notizie qui recate da me, sull'appoggio delle diligentissime indagini del Sassi (1), valgano senza lunghe dimostrazioni, a correggere ed a smentire le false ed inesatte, che ne diedero il Galesini e l'Ughelli. Lui morto, il pontefice Callisto III, in sui primi giorni dell'ottobre 1457, gli elesse a successore il monaco benedettino CARLO da Forlì, a cui anzi gli diresse lettera, colla qualificazione di *eletto*, il summentovato pontefice, nel giorno 18 ottobre. Ho voluto commemorare questa lettera pontificia diretta nel suindicato giorno a Carlo da Forlì arcivescovo eletto di Milano, per mostrare falsa l'indicazione dell'Ughelli, che lo disse promosso a questa dignità il dì 29 ottobre (2). Nell'anno dopo, accolse in diocesi la nuova congregazione de' frati gesuati, ed assegnò loro a soggiorno un luogo fuori di porta Versellina. Di breve durata fu il pastorale governo di questo arcivescovo: egli morì nel 1461, nel monastero di san Celso, ove s'era trasferito ad abitare; ed ivi pur fu sepolto. In quell'anno stesso venne a succedergli un altro forlivese, STEFANO Nardini, il quale, dodici anni dopo, fu anche decorato della porpora cardinalizia del titolo di sant'Adriano, cui più tardi cangiò in quello di santa Maria in Trastevere. Governò con zelo il gregge affidatogli, e si mostrò altresì premuroso della esatta osservanza dei riti ambrosiani (3). Fece dono di ricchi e preziosi indumenti arcivescovili al tesoro della metropolitana, e particolarmente di una mitra lavorata con maravigliosa eleganza e di un libro liturgico ornato di oro e di pitture d'incalcolabile valore: le quali cose tutte consegnò al cimeliarca, ossia al tesoriere della basilica. Piantò in Roma il collegio *Nardino*, così appellato dal nome di lui, ed ordinò, che tra gli alunni di esso ve ne fossero due di libera scelta dell'arcivescovo di Milano, ed uno dell'abate di sant'Ambrogio. La fondazione di varie chiese in Milano sotto il suo pastorale governo è commemorata (4); particolarmente di quella di santa Maria della Pace. Nell'anno 1484 si recò a Roma per assistere al conclave dopo la morte di Sisto IV, in cui fu eletto il papa Innocenzo VIII; ed ivi due mesi dopo morì, il giorno 22 ottobre, e fu sepolto nella basilica Vaticana, ove sulla pietra sepolcrale gli fu scolpita l'epigrafe:

(1) Pag. 926 e seg. del tom. III.

(2) La lettera pontificia è portata dal Sassi, pag. 929 del tom. III. ed ha la data di Roma *apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XVIII Octobris MCDLVII, Pontificatus nostri anno tertio.*

(3) Ved. il Sassi, pag. 986 del tom. III.

(4) Ved. il Sassi, pag. 940 e seg. del tom. III.

questo formò il capitolo de' canonici minori, che tuttora sussiste. E poichè il capo di quelli godeva la dignità di prevosto; trasferito alla metropolitana, ne fu cangiato il titolo nella dignità di decano.

Respirò alla fine la chiesa milanese e potè conoscere di avere il suo spirituale pastore allorchè nel 1550, come ho detto, il cardinale Ippolito II d'Este ne fece rinunzia a favore di Giovanni Angelo Arcimboldo, vescovo di Novara. La traslazione di questo avvenne il primo giorno di giugno: e subito in quel medesimo anno, un mese dopo la sua promozione, diede in luce sapientissime discipline, per porre in ordine la disordinata chiesa ed estirpare gli abusi, che nel corso di tanti anni vi si erano introdotti. Le sue costituzioni, divenute oggidì rarissime, meritano di essere inserite in queste pagine ad istruzione e di chi regge e di chi deve obbedire (1):

« JOANNES ANGELVS Arcimboldus Juris utriusque Doctor, misera- » tione divina Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopus etc. Uni- » versis et singulis tam Clericis quam Laicis cujuscumque ordinis, digni- » tatis, status, gradus, conditionis et praeeminentiae existant in Civitate » et Dioecesi nostra Mediolanensi commorantibus, salutem in Domino » sempiternam et Edictorum nostrorum hujusmodi ac Constitutionum et » monitionum nostrarum observantiam. Sacra religio Christiana nusquam » melius plantatur, aut plantata fovetur, quam si nutrire ea quae recta » sunt, et quae profectum virtutis impediunt, corrigere studeamus. Ea » propter plura et plura mala Christifidelium animas a recta vivendi via » multum distrahentia, quae in Clero et populo nobis commisso, humani » generis cooperante inimico, jamdudum invenimus pullulasse et coaluisse, » quantum cum Deo possumus, extirpare cupientes, ut debemus, quasdam » Constitutiones, Edicta, et Monitiones, aliquorum etiam Jurisperitorum, » et Praelatorum, ac consummatorum Virorum, et in similibus experto- » rum habita participatione, facere proposuimus et facimus, quae volumus » diligenter et inconcusse observari, sub poenis et modis infrascriptis. Et » primo quod omnes praedicti observent omnia mandata et ordinata a » Sacris Canonibus, modo et forma, prout in eis continetur: Et ultra, quia » plerumque magis timeri solent poenae personales aut pecuniariae, quam » poenae et censurae Ecclesiasticae, sub paenis personalibus et pecuniariis, » mirabili Fabricae Ecclesiae et Templi Majoris Mediolani applicandis.

(1) Le pubblicò anche il Sassi, pag. 984 e seg. del tom. III.

» Quod Sacerdotes, et alias in Sacris Ordinibus constituti, vel Beneficia
» Ecclesiastica, aut pensiones annuas, vel reservationes fructuum obtinen-
» tes, non teneant in eorum domibus vel alibi Concubinas, nec mulieres
» suspectas; et si quas habent, termino sex dierum eas expellant, itaut ad
» eos, nec alias publicas vel privatas meretrices ipsi non accedant, nec ad
» eos illas seu illam admittant in eorum domos in quocumque casu, sub
» poena scutorum decem auri, quoties in aliquo contrafecerint, quorum
» tertia pars accusatori, qui secretus tenebitur, et reliquae partes Fabricae
» praefatae Ecclesiae Majoris Mediolani applicantur. Et si ultra duas vices
» contrafecerint, incurrent in poenam scutorum vigintiquinque pro qua-
» libet vice, applicandorum ut supra. Et si forsan perseveraverint in con-
» cubinatu, habentes Beneficia, illis privabuntur, et non habentes, carceri
» perpetuo mancipabuntur.

» Clericis, qui impudenti temeritate non erubuerint in locis publicis,
» vel domibus, ubi numerosus populus convenerit, choreas ducere aut
» ludere ad ludum prohibitum praesumpserint, et luserint, poenam indi-
» cimus aureorum decem pro prima vice, applicandorum ut supra; pro
» secunda viginti; pro tertia arbitrio nostro: Et si non habuerint modum
» solvendi, luent in corpore arbitrio nostro.

» Constituti in Ordinibus Sacris portent Clericam sive Coronam; si
» Presbyteri fuerint, latam quantum est Hostia quae immolatur in Missis;
» alii vero, sicut est parva Hostia quae datur laicis, infra quindecim dies
» proximos sub poena excommunicationis latae sententiae, trina Canonica
» monitione praemissa, et ulterius sub poena scutorum decem pro qualibet
» vice, applicandorum ut supra, et prout supra.

» Sacerdotes et alias in Sacris Ordinibus constituti, sive Beneficia Ec-
» clesiastica, aut annuas pensiones, vel reservationes fructuum obtinentes,
» termino decem dierum induantur vestibus superioribus usque ad talos,
» et Curati addant Caputium, et omnes Clerici beneficiati, aut pensiones
» sive reservationes fructuum obtinentes portent biretum, ut communiter
» defertur ab omnibus beneficiatis residentibus in Ecclesiis; et per Civita-
» tem, Suburbia, Terras, et Oppida sine ense et pugione eant, nec deferant
» annulos in digitis, neque induantur vestibus coloris alterius quam ni-
» gri, aut taneti, aut alias a jure permissi, et non sint vestes sericeae, nisi
» sint Praelati, aut Doctores, vel Canonici Ecclesiae Majoris Mediolani,
» aut qui (detractis oneribus) habeant redditus annuos saltem scutorum

» ducentum; qui dumtaxat deferre possint superiores vestes Ormesini, vel
» tabeti; Et vestes interiores sint longae usque ad genua, et possint esse
» sericeae, dummodo non habeant aliqua ornamenta; neque deferant
» Calzonos aliquo modo ornatos, sed de puro et proprio panno existant.
» Aliter in quolibet casu praedicti omnes cadant ipso jure in poenam
» scutorum viginti, et eo modo quo supra applicandam, quoties aliter
» fecerint tam in Civitate, quam in tota dioecesi nostra; pluviarum et ni-
» vium tempore excepto, in quo possint deferre gabanos honestos; et cal-
» ceos non habeant strictos, neque per lasciviam incisos, sub poena simili.
» Nolumus tamen in hoc nostro Edicto comprehendi Dominos Senatores.
» Sed ut pauperum Clericorum rationem habere videamur, indulgemus
» pauperibus ipsis terminum mensium trium pro vestibus superioribus et
» inferioribus, et subtaneis tantum faciendis; intereaque liceat solitos sa-
» gulos, non tamen bigaratos, et subtanas, et vestes superiores deferre,
» et poenam pro dicto tempore non incurrere. Ceterum dicto tempore
» elapso fiet inquisitio, et procedetur contra eos, et irremissibiliter pu-
» nientur.

» Domus Canonicarum, et quae Ecclesiis contiguae sunt, seu ad usum
» Beneficiatorum sunt deputatae, in festo Sancti Michaëlis proxime futuro,
» et abinde in antea locentur Residentibus in dictis Ecclesiis; et illis defi-
» cientibus, aliis Sacerdotibus; quibus etiam non existentibus, dentur
» Clericis honestae vitae, itaut a Laicis habitari omnino non permittan-
» tur, sub poena ammissionis Ficti, pro una tertia accusatori, qui secretus
» tenebitur, et aliis Fabricae Ecclesiae Majoris Mediolani, applicand . . . . .
» pro prima vice; pro secunda autem ammissionis Ficti duorum anno-
» rum, applicandi ut supra, et nihilominus Laici expellentur; exceptis ta-
» men Cancellario, et aliis ad servitutem nostram existentibus, quo ad
» Domos Palatio nostro contiguas tantum.

» Quilibet habens Beneficia tam Curata, quam non Curata, Capellas et
» Altaria, termino mensium duorum in eis resideat, seu eis deserviat per
» seipsum, et non per alium, nisi quoad incompatibilia, et tunc deserviat
» per personas idoneas, nobis tamen praesentatas et per nos in scriptis ap-
» probatas, sub poena scutorum vigintiquinque, pro tertia accusatori, et
» reliquis praefatae Fabricae applicandorum, et alia graviori arbitrio nostro.
» Volumusque, ut illi qui plura Beneficia obtinent dispensationem requi-
» rentia, debeant infra menses duos proximos dictas dispensationes

» praesentasse in manibus nostri Cancellarii, per nos seu Vicarium nostrum
» Generalem videndas, sub poena ammissionis Beneficiorum, a quibus
» expellentur, et de eis aliis providebitur.

» Nullus Presbyter admittatur ad celebrandum in Ecclesijs Civitatis et
» Dioecesis Mediolanensis, qui sit incognitus, sine nostra in scriptis spe-
» ciali licentia, sub poena sic permittenti scutorum trium applicandorum
» ut supra et prout supra, et talis celebrans cadat in poenam standi in
» carceribus, tribus diebus in pane et aqua alendus.

» Nullus Sacerdos celebret nisi unam Missam singula die, excepto Na-
» tivitas Domini; alias a Divinis suspendatur pro prima vice per mensem
» unum, et in scutis decem auri applicandis ut supra condemnetur: Pro
» secunda vero, ultra suspensionem, solvat scuta viginti, scilicet tertiam
» partem accusatoris qui secretus tenebitur, et reliquas praefatae Fabricae
» Ecclesiae Majoris Mediolani; pro tertia puniatur eadem poena, et etiam
» corporali, arbitrio nostro.

» Fratres, Monachi, et Moniales, qui et quae a propriis locis et Mona-
» steriis recesserunt, compareant, et termino viginti dierum doceant nos,
» quo jure praetendunt, posse stare extra eorum loca, aut tenere Ecclesias
» Seculares, praecipue Curatas; alias capientur, et spoliabuntur habitu
» Seculari Presbyterorum, et non relaxabuntur, donec fuerit cognitum de
» eorum recessu, et punientur poena corporali et pecuniaria, Fabricae Ec-
» clesiae Mediolani applicanda arbitrio nostro. Moniales vero repertae
» extra Monasteria, cujuscumque Ordinis et Religionis existant, exceptis
» Conversis, capientur, et detrudentur in carceribus et compedibus in
» suis Monasteriis, sub poenitentia ibi standi in pane et aqua, ad nostri
» beneplacitum; et aureos duos solvent accusatori, et seu Baruerijs.

» Clericus si quis reperiatur in quocumque Ordine constitutus et Di-
» gnitate, qui se audeat executionibus et aliis mandatis nostris, seu Vica-
» riorum nostrorum, aut quovis modo attemptet impedire, quominus ea
» exequantur, plectatur poena scutorum vigintiquinque, pro tertia accusa-
» tori, et reliquis Fabricae praefatae applicandorum; et si non habebit
» in aere, tradetur carceri per dies quinquaginta in pane et aqua alendus,
» vel suspendetur per annum a Divinis. Si vero fuerit Laicus, punietur
» poenis, a Novis Sanctionibus per Majestatem Caesaream, ejusque Excel-
» lentissimum Senatum editis.

» Prohibemus insuper Presbyteris et aliis Beneficiatis, ne audeant

» praestare et seu aliquo modo facere duodenam Laicis: Contrafacientes
» in poenis scutorum quindecim auri applicandorum ut supra, pro qua-
» libet vice incurrent. Eadem poena etiam punientur illi, qui artes et exer-
» citia laicalia, seu Religiosis non convenientia reperientur exercere.

» Volumusque, ut omnes Sacerdotes Missas celebrantes, termino qua-
» tridui tondere faciant partem barbae supra os, ita quod labium superius
» non attingat, sub poena scutorum sex auri, applicandorum ut supra pro
» qualibet vice, qua reperti fuerint contravenisse.

Si quis clerus et qualificatus ut supra, falsum testimonium dixerit, ut ali-
» quis condamnetur in Causa criminali, puniatur ea poena qua puniendus
» esset ille, contra quem falsum testimonium dixerit, si delictum, pro quo
» imputatus erat, commisisset. Ubi vero pecuniaria poena multandus esset,
» is testis condemnetur in quadruplum illius rei, pro qua falsum deposuisset,
» et alias arbitrio nostro. E converso si quis in Causa criminali falsum dixe-
» rit, ut quis nocens absolvatur, puniantur illa poena qua puniendus erat ille,
» pro quo deposuisset, si nocens esse convictus fuisset. Si vero in pecuniaria
» falsum ad absolvendum reum deposuerit, puniatur in quadruplum, ap-
» plicandum ut supra. Qui vero scienter et dolose in Causa criminali fal-
» sum vel falsos testes produxerint, vel produci fecerint, vel eis scienter
» et dolose usi fuerint; et interrogati si velint uti dictis testium, vel testi-
» bus, ad terminum per Judicem statuendum respondiderint, se velle uti,
» puniantur poena falsi, a Canonibus et Legibus inflicta. Quodque si inter-
» rogati, clare respondere teneantur ad dictum terminum; quod si non
» respondiderint, habeantur perinde ad si nollent uti. Ulterius testis falsum
» deponens, et eum scienter ut supra producens, in solido teneantur
» (unica, tamen solutione sufficiente, realique et personali actione) ad re-
» sarciendum damnum et interesse causatum ex praemissa causa. Si quis
» vero falsum dixerit, ut quis absolvatur vel condemnetur in Causa Civili,
» condemnetur ut est dictum, et ulterius in scutis decem auri, applicandis
» ut supra; eademque poena tenebitur producens, et ut supra, et quilibet
» eorum in solidum ad satisfactionem damni. Punientur etiam iisdem poe-
» nis qui solicitaverint aut operam dederint vel consilium, ut quis testi-
» monium falsum dicat. Si vero fuerit Laicus qui testimonium falsum
» deposuerit, vel falsa depositione usus fuerit contra Clericum ut su-
» pra, condemnetur et punietur poenis, a dictis Novis Constitutionibus
» comminatis.

» Si quis autem Clericus, Sacerdos, vel Beneficiatus, aut Laicus in » praejudicium Clerici in judicio falsum, vel non verum juraverit, in » quadruplum condemnetur ejus pro quo juratum extiterit, pro dimidia » Parti offensae et altera dimidia Fabricae Ecclesiae Majoris Mediolani » applicandum; modo dicatur ipsum juramentum falsum, seu non verum, » intra bimestre continuum a die praestiti juramenti.

» Si quis etiam Clericus vel Sacerdos ausus fuerit alium Clericum seu » Sacerdotem verbis contumeliose afficere, aut provocare ad rixam, poena » sit illi aureorum decem, applicandorum ut supra, et graviori etiam cor- » porali, arbitrio nostro, inspecta personarum et facti qualitate. Quod si » in Ecclesia id factum fuerit, vel extra Ecclesiam in locum publicum, poena » duplicabitur.

» Clerici vel Sacerdotes, aut Beneficiati ut supra, blasphemantes nomen » Domini Nostri Jesu Christi, seu Beatae Virginis Mariae, carceri manci- » pabuntur per mensem continuum in pane et aqua alendi, et in scutis » decem condemnabuntur, applicandis ut supra, et prout supra. Pro se- » cunda autem vice poena triplicabitur. Pro tertia vero punientur eadem » poena, qua Laici ex forma allegatarum Novarum Constitutionum puniri » mandantur. Et si fuerit atrox blasphemia, punientur ultra praemissas » poenas etiam corporali poena arbitrio nostro, et tradentur Curiae Secu- » lari puniendi, inspecta semper qualitate personae et blasphemiae, et in » loco in quo blasphemaverit, et quibus praesentibus. Admittentur hae » notificationes et querelae blasphemiarum dumtaxat intra mensem a die » patrati delicti.

» Si quis Clericus et ut supra, fecerit robariam pecuniae vel rei Eccle- » siae, valoris non excedentis dimidiam unius auri, condemnetur pro prima » vice in quadruplum, et per dies octo maneat in carceribus; pro secunda » vice condemnetur in scutis decem auri applicandis pro tertia accusatori, » et reliquis partibus praefatae Fabricae, et per dies quindecim maneat in » carceribus in pane et aqua alendus; et pro tertia vice Beneficiis prive- » tur; et si non habuerit Beneficia, suspendatur a Divinis per annum, et » condemnetur in Scutis vigintiquinque applicandis ut supra. Et si non » habuerit in aere, per trimestre maneat in carceribus, alendus ut supra. » Pro quarta vero vice condemnetur in poena pecuniaria, et etiam corpo- » rali, arbitrio nostro. Si vero excesserit summam dimidiae unius auri, » ad ratam et pro rata duplicentur poenae suprascriptae, debite referendo.

» Si vero robariam fecerit de pecuniis et rebus profanis, condemnetur in
» dimidia poenarum suprascriptarum, debite et congrue referendo, et alias
» arbitrio nostro. Si vero Laicus fecerit furtum vel robariam de bonis et
» rebus Ecclesiae, causa per nos cognita punietur juxta dispositiones No-
» varum Constitutionum, editarum a Majestate Caesarea, ejusque Excel-
» lentissimo Senatu et alias arbitrio nostro.

» Si Clericus et ut supra, aut Laicus amodo molestaverit vel turbave-
» rit, aut inquietaverit, vel molestari, turbari, seu inquietari fecerit aliquem
» vel aliquam personam, Ecclesiam, Scholam, Monasterium, Capitulum,
» seu Universitatem, vel Secularem in aliqua ejus possessione vel quasi
» rei immobilis, vel juris inhaerent's alicui rei immobili, vel fructibus de-
» *Ex hoc nunc, et usque in saeculum. Oremus. Retribuere dignare Domine*
» *Deus omnibus nobis bona facientibus vitam aeternam. Amen. Benedicamus*
» *Domino. Deo gratias. Benedicat nos, qui pavit et creavit, et ad gaudia*
» *paradisi perducat nos: Et animae omnium defunctorum per misericor-*
» *diam Dei requiescant in pace. Amen.*

» Nemo praesumat dare aliquid alicui sine licentia Praepositi, vel Prio-
» ris, vel Vicarii, nec aliquid proprium possidere. Et si cui inventum fue-
» rit, quod per licentiam alicujus praedictorum non tenuerit, emendato-
» riam subeat vindictam.

» Cum autem aliquid fuerit a parentibus, vel ab amicis, vel ab aliqui-
» bus personis oblatum, non occulte accipiatur, sed Praeposito, vel mi-
» nistro consignetur, et in ejus potestate sit. Et si quis rem sibi datam
» malitiose caelaverit, judicio furti judicetur. Similiter quoque fiat de re
» inventa.

» Item nullus praesumat ire ad civitatem, vel ad alium locum sine li-
» centia Praepositi, vel Prioris, seu Vicarii.

» Aliquis vestrum professus hanc regulam, nepotum, vel consangui-
» neorum suorum rerum amministrationem nequaquam recipiat, neque
» eorum tutor fiat.

» In vestra usuali locatione juratione nolite assuescere.

» Si quis vestrum infirmatur. Praepositus vel ejus vicarius maximam
» habeat curam, et caveat ne negligatur infirmus. Sed sicut decet et con-
» venit, ei honeste serviatur. Quibus infirmis si fieri potest sint deputatae
» mansiones, rationabiliter dispositae, condignae et aptae, ubi esse pos-
» sint. Et unus sit ex vobis Deum timens deputatus, qui infirmorum ma-
» ximam curam gerat de omnibus necessitatibus eorum, ut habeant sola-
» tium, juxta quod constitutum fuerit, et sciat quod si bene ministraverit
» eis, grande bonum acquirit. Sed et ipsi infirmi considerent in honore
» Dei sibi serviri. Se non pro humilitate sui contristent servientem sibi. Et

» hoc est in dicendum, quod infirmo licet omnia sumere, id est cibum, et
» potum, quando desideraverit, si opportune fuerit.

» Ex Evangelicis, atque Apostolicis doctrinis instruimur documentis
» in colligendis hospitibus. Et ante omnia operam dare debetis, ut merito
» vobis dicatur a Domino. *Hospes fui et collegistis me.*

» Si quis vestrum ad opus Dei, vel ad mensam tarde per negligentiam
» occurrerit, aut pro alià causa senior suus prosodiam vel missas cantare
» ordinaverit et hoc minime impleverit, et fregerit quidpiam, aut perdide-
» rit, aut excesserit, et non venerit continuo ante praepositum, aut ante
» ejus vicarium, satisfaciat; et si celaverit delictum suum, dum per alium
» cognitum fuerit, graviori culpae subjaceat.

» Qui in gravioribus culpis depraehensus fuerit, privetur a mensae
» participatione. Et post refectionem clericorum cibum accipiat, ita ut
» si clerici reficiunt hora sexta, ille nona, et si clerici nona, ille ve-
» spertina.

» Item si quis ex vobis gravioris culpae crimen commiserit, quod Deus
» avertat, idest fornicationem, adulterium, homicidium; vel his similia de
» principalibus vitiis, corporali primitus subjaceat castigationi, deinde
» quanto tempore voluerit Episcopus, vel Praepositus, cui subest, subja-
» ceat castigationi, carcerem, vel exilium patiatur. Sciens illam terribilem
» esse sententiam Apostoli dicentis, *tradere hominem hujusmodi in interi-
» tum carnis, ut spiritus salvus sit in die judicii.* Si quis ex vobis contu-
» max, aut inobediens, aut superbus, aut ebriosus, aut detractor, aut con-
» tradictor, aut bilinguis, aut rebellis, aut contentiosus, aut fur, aut mur-
» murator, aut increpator, aut interdicti jejunii transgressor, aut orandi
» contemptor, aut in aliquo contrarius existens, aut praecepti Praepositi,
» aut regulae hujus contemptor fuerit, et sua voluntate veniam non pe-
» tierit; Hic secundum Dei praeceptum admoneatur semel, et bis, et ter-
» tio a senioribus suis, et si tunc non emendaverit objurgetur publice
» coram omnibus; si vero neque sic correxerit, excommunicationi subja-
» ceat. Si autem improbus est, aut incorrigibilis, vindictae subdatur
» condignae.

» Pro levi culpa veniam facientibus, Psalmus unus imponendus est,
» vel plus pro modulo culpae. Haec sunt leves culpae, si quis ad horam
» canonicam, nisi justo impedimento detentus fuerit, tarde occurrerit;
» idest postquam campana sonare destiterit. Si quis in Ecclesia, vel in

» dormitorio, vel in refectorio, vel in claustro aliquid tumultus, vel inquie-
» tudinis fecerit; si certum fregerit, aut perdiderit; si quis vestimenta sua
» devastaverit, vel ad solem, et aquam diu per noctes et dies retinere
» permiserit; si quis vinum per negligentiam effuderit; si ad Divina officia
» dormierit et his similia.

» Pro mediis culpis imponendi sunt Psalmi quinque, vel octo, seu
» duodecim, secundum qualitatem, vel quantitatem culparum. Media culpa
» est, si quis in Choro riserit, vel alios chachinari fecerit, si quis ad horam
» canonicam non venerit; si quis per iracundiam aliquid jurando affir-
» maverit, vel negaverit; si quis in Choro positus non divino Offitio in-
» tentus vagis oculis, et motu inreligioso, minusque competenti levitatem
» mentis ostenderit; si quis quicquam cantare, vel legere praesumpserit,
» quam communis usus probat, et ad capitulum, ad collectam non vene-
» rit, et his similia.

» Pro gravi culpa unus dies in pane et aqua, vel plures, sive disci-
» plina, vel silentium per totum diem, vel plures, vel quinquaginta psalmi,
» sive totum Psalterium, pro qualitate personae vel culpae injungatur.
» Gravis culpa est, si quis cum aliquo in audientia saecularium inhoneste
» contenderit. Si frater cum fratre intus vel foris lites habuerit. Si quis ex
» industria mendatium dixisse compraehensus fuerit. Si quis silentium ex
» industria, nulla necessitate cogente, ex contemptu fregerit. Si quis inter
» fratres discordiam seminaverit, vel seminare inventus fuerit. Si in illum,
» a quo clamatus est, vel in quemlibet alium minas, vel maledicta, vel op-
» propria malitiose, vel invexisse depraehensus fuerit vel invexerit. Si quis
» fratri praeteritam culpam, pro qua satisfecerit, improperaverit, nisi forte
» a majoribus pro castigatione delinquentis factum fuerit. Si quis mala de
» Praeposito vel de Ecclesia, seu de domo sua malitiose evomuerit. Et iis
» similia.

» Pro graviori culpa disciplina, vel una, vel plures pro mensura, vel
» qualitate personae vel culpae, et tot dies in pane et aqua, quot visum
» fuerit. Psalmi, et veniae ad libitum. Gravior culpa est, si quis frater
» per contumaciam, vel per manifestam rebellionem inobediens Domino
» Praeposito fuerit, vel cum Priore aliquid proterve contendere ausus fue-
» rit. Si quis fratri suo coram Praeposito, quod ipse mentiatur, dicat, nisi
» ab aliquo de senioribus puero dictum fuerit. Gravior enim culpa est, si
» cui negligentia contigerit in corpore, et sanguine Domini nostri Jesu

» Christi. Si per negligentiam aliquid de Calice Domini stillaverit in terra,
» lingendus et extergendus est locus, et radendus, sive lapis, sive lignum,
» sive terra; et pulvis vel cinis in sacro loco reponendus. Si vero super
» Altare stillaverit, sorbeat minister stillam. Si super linteum Altaris
» stillaverit, vel si alia linteamina Altaris transfuderit. Abluat minister tri-
» bus vicibus, Calice subtus posito et ablutio sumatur, sed in his culpis,
» quae inter majores culpas commemorantur, potest esse differentia. Quare
» majoris culpae reus tenetur qui per contumaciam, et manifestam rebel-
» lionem inobediens fuerit, quam qui per iracundiam Fratri, quod ipse men-
» tiatur dixerit. Hoc etiam in reliquis gradibus culparum intelligendum
» est, quia in eodem gradu culpa culpam superet, et id circo in discretione
» oportet esse rectoris, ut pro qualitate peccati puniat delinquentis offen-
» sam. Ille ergo, qui contumeliam verbi Fratri irrogat, veluti coram Prae-
» posito, quod ipse mentiatur, dixerit, simplicem disciplinam accipere de-
» bet. Qui vero per contumaciam inobediens suo Praeposito vel Priori
» existit, majori poena plectendus est, et disciplinam cum *Pater noster*
» accipere debet. Jejunia quoque in pane et aqua, et Psalmos rector tot
» imponat, quot ejus discretioni visum fuerit; et sciendum, quod culpa,
» quae levis vel media videtur, si per superbiam, vel contemptum commit-
» tatur, transit in gravem, et quae culpa gravis describitur, quando in gra-
» vioribus connumeranda committitur. Ergo secundum modum, culpae
» mensura debet extendi vindictae.

» Hoc praeterea lege Patrum in postremo margine hujus Regulae a
» nobis cavendum esse volumus, ut vos a vulgari vita seclusi a mundi
» voluptatibus abstineatis. Non spectaculis, non pompis, non ludis interesse,
» convivia publica fugere, privata non solum pudica, sed etiam sobria co-
» lere, usuris nequaquam incumbere, neque turpium occupationes locorum
» appetere, amorem pecuniae quasi materiam omnium criminum fugere,
» secularia offitia negotiaque abicere, honoris gradus per ambitionem non
» suppetere, pro beneficiis medicinae spiritualis et carnalis munera non
» appetere, dolos et murmurationes cavere, odium, emulationem, detra-
» ctionem et invidiam fugere, non vagis oculis, non feroci lingua, aut pe-
» tulanti, tumidoque incessu pergere, obscaenitatemque verborum, sicut
» operum execrari. Viduarum ac virginum visitationes frequentissimas
» fugere, contubernia extranearum feminarum nullatenus appètere, ca-
» stimoniam inviolati corporis perpetuam conservare, senioribus vero

» debitam obedientiam praebere neque ullo jactantiae studio vosmetipsos » attollere. Postremo in doctrina, in lectione, in psalmis, hymnis, canti- » cis incumbere jugiter studeatis. Quapropter haec brevis collecta sedula » meditatione perlegere, et memoriae commendare, et adjuvante Divina » gratia juxta vires adimplere curetis. Quo facilius et libentius major a » Sanctis Patribus edita exequi valeatis. Vocatione ergo, qua vocati estis, » neque ad dexteram, neque ad sinistram declinantes ambulate, quatenus » divinis jussionibus obtemperantes ad Christum, in cujus sorte estis, vel » esse noscimini, qui via et veritas et vita est, eo opitulante pervenire » mereamini. Qui vivit, et regnat cum Deo Patre, etc.

» Vos Fratres conversi pro matutinis dicere debetis in primis *Credo in* » *Deum* semel, et *Pater noster* viginti duabus vicibus. In Dominicis et fe- » stis, quibus non laboratis, triginta, et semel *Miserere mei Deus*. Ad » primam semel *Credo in Deum* , et septies *Pater noster*, et *Miserere*. Si- » militer ad tertiam. Ad sextam, et nonam septies *Pater noster*. Ad Ve- » speras novies *Pater noster*. Ad completorium septies *Pater noster*, et » *Credo in Deum*. Incipientes signabitis vos in frontibus vestris, et dictis. » *Deus in adjutorium meum intende*, et per singulas orationes *Gloria Pa-* » *tri* inclinantes. Pro matutinis genuflexiones facietis novem. Aliis horis » ternos. Per singulos dies pro anniversariis et benefactoribus defunctis, » et pro Domino (Guglielmo Cumano Episcopo) qui fundator est, et fuit, » et auctor, et benefactor istius Ecclesiae ; et pro omnibus fidelibus de- » functis sexies *Pater noster*. Cum frater vester de hac luce migrat an- » tequam sepulturae tradatur si congrue facere potestis, centum qua- » draginta orationes facite, et per singulos dies usque ad tricesimum » diem septem orationes pro anima ejus Deo offerte. A festo omnium » Sanctorum usque ad octavam Pascae ad matutinas surgere de- » betis, nisi licentia, detur. In aestate omnibus diebus festivis, nisi data » fuerit licentia, surgere tenemini. Omnibus diebus Dominicis, et festi- » vis ad omnes canonicas horas in Ecclesia, et ad completorium ire » debetis.

» Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui secundum » nomen tuum Deus, sic et laus tua in fines terrae justitia tua plena est » dextera tua. Gloria Patri. Sicut erat. Kyr. ter. Pater noster. Et ne nos » inducas. Sed libera nos a malo. Salvos fac servos tuos Domine. Deus » meus sperantes in te. Mitte eis auxilium de sancto. Et de Syon tueatur

» te, vel tuere eos. Esto eis turris fortitudinis. A facie inimici, et dicatur
» postea haec oratio.

» Suscipientibus nobis, quaesumus Domine, famulos tuos in nostra-
» rum Communitate orationum, in virtutem tuam benedictionis illis in-
» fundas, eisque universa peccata dimittas, et gressus eorum semper in
» via recta dirigantur, quatenus a cunctis adversitatibus liberati, tibi ju-
» giter famulentur, et a te numquam separentur. Per:

» Si quis frater pro excessu suo ad veniam fuerit evocatus et veniam
» facere renuerit, vel venia facta emendatoriam poenam ferre recusaverit,
» separandus est a conventu. Et si visum fuerit Praeposito, poterit ei dare
» spacium biduo, vel triduo, vel per aliquot dies, ut aliqui de senioribus
» loquantur ei, et consolentur, et provocent ad poenitentiam, foveant per
» compassionem, adjuvent per suam intercessionem. Transactis diebus illis
» separetur a conventu, si non resipuerit, nullus ei dehinc loquatur, vel
» signum faciat, nisi jussus a Praeposito, vel Priore. Transactis diebus,
» vel tantum duobus, si ad poenitentiae remedia non confugerit reficiatur
» solummodo pane et aqua, donec satisfaciat. Interim oratio pro eo a fra-
» tribus fiat. Si vero fratrum monitis, et precibus divinitus adjutus, resi-
» piscens ad satisfactionem venerit, faciat disciplinam, insuper poenam,
» quam ferre recusaverit, accipiat, et tot dies in pane et aqua injungentur
» quot sine venia remanserit. Et si culpa talis est, tot diebus seorsum se-
» paratus remaneat a Conventu, ut tot faciat disciplinas, quot Praepositus
» culpam mereri judicaverit. Si vero perurgente Diabolo in contumacia
» sua permanserit, et monita caritatis spernens ad veniam venire contem-
» pserit, tunc jam poterit Praepositus juste uti ferro abscissionis, ut ait
» venerandus Pater noster Augustinus in regula, de illo, qui emendato-
» riam non vult subire vindictam. Quam inquit, si ferre recusaverit, etiamsi
» ipse non abscesserit, de vestra societate projiciatur. Ratione enim fit
» hoc non crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimos
» perdat.

» Sub hoc gradu continetur etiam ille, qui fugam fecit, sive palam, sive
» occulte recedens. Qui si reverti voluerit et ejus conversatio ante reces-
» sionem talis extitit, ut recipiendus a Praeposito judicetur, talis ab eo aga-
» tur poenitentia. Per tres dies, si semel recesserit, si vero bis, vel pluries
» recesserit, tot dies ad portam maneat, quot Rectori visum fuerit. Fratri-
» bus intrantibus, vel exeuntibus ad eorum pedes se prosternet et exoret,

» ut intercedant pro se. Cum placuerit Praeposito, et fratribus, introducatur
» in hospicium, et cum ibi per unum, vel per duos dies manserit, recipia-
» tur intus, ita videlicet. Deponat vestimenta in Claustro, et nudus a lum-
» bis ut supra, cum virgis in manu intret in Capitulum, et prostratus ante
» Praepositum culpam suam ex intimo corde confiteatur, promittens de
» caetero morum emendationem, et plenariam pro posse ad ejus praece-
» ptum satisfactionem. Dehinc Praepositus facta super eum exortatione,
» et salubri increpatione, faciat ei disciplinam cum *Miserere*. Quo facto
» faciat eum surgere et vestiatur vestibus et sedeat coram Praeposito, qui
» Praepositus injungat poenitentiam quadraginta dierum, quae dari solet
» fugitivis, videlicet ut per hos quadraginta dies a Conventu sit separatus.
» Ad omnes horas canonicas, cum fratres intraverint Ecclesiam, ex quo
» campana incipit sonari, dum usque remanserit, prostratus jaceat ante
» introitum Ecclesiae, et postea surgat, et dicat horam Canonicam priva-
» tim. Fratribus astantibus, vel sedentibus, et ipso stet, vel sedeat. Et ipsi
» cum in Ecclesia prostrati manent, vel inclinati, et ipse prosternatur vel
» inclinetur. Et cum exierint, similiter prostratus maneat, dum omnes
» exierint. Et ita se agat, quotiens Ecclesiam intraverint fratres, vel exie-
» rint. Omni secunda, et quarta, et sexta feria disciplinam ad Capitulum
» faciat, et per singulos praescriptos dies psalterium totum dicat, id est
» tria psalteria, et tres disciplinas per ebdomadam, et in istis tribus die-
» bus idem in pane, et aqua jejunet, aliis vero tribus diebus, idest feria
» tertia, quinta, et Sabbato vescatur illis cibis, quibus Conventus; similiter
» et Dominica. Per totam ebdomadam post nonam semel in die debet
» comedere. Si fratres non jejunant, ille comedat post nonam. Si vero
» Conventus jejunat, ille cibum sumat post refectionem servitorum. Ad
» Capitulum si venerit, dum dicitur, dicamus de ordine, facta sua venia
» recedat. In locutorio, vel ubi fratres conveniunt, non nisi jussus veniat,
» vel concessus. Juxta ostium Ecclesiae poenitentiam suam faciat. Ibi legat,
» oret, et operetur, si ei fuerit jussum. Si fratres viderint in eo poeni-
» tentiae fructum, intercedant pro eo apud Praepositum, nec ipse renuat
» cum eo facere misericordiam. Prima transacta ebdomada poterit ali-
» quid indulgere ei de poenitentia injuncta. Secunda transacta similiter.
» Secundum quod ejus conversatio, vel humilis emendatio meruerit. Post
» peractam poenitentiam quadraginta dierum, sicuti ceteri fratres, erit in
» convivio, immo in Conventu, excepto, quod omnium ultimus erit, ni forte

» postea ejus optima conversatione Praepositus, et caeteri fratres provocati
» ipsum in majori loco stare, vel gradu et officio suo fungi concedant.

» Si quisquam de fratribus detractor, aut murmurator, aut seminans
» inter fratres discordias, aut fractor ordinis, et silentij contemptor, jussa
» majorum contemnens, superbus, et contumax, improbus, et contentio-
» sus fuerit inventus. Hic juxta Salvatoris nostri ammonitionem semel, et
» secundo privatim a Praelato, vel ab aliis senioribus corripiatur. Quod
» si ab illo fuerint auditi, gratias Deo referant, a quo omne datum opti-
» mum, et omne donum perfectum, gaudentes de fratre perdito, sciens
» lucrum magnum sibi, et Deo fecisse, quoniam ovis, quae perierat, et
» erraverat, inventa est. Sibi autem, quia scriptum est. Qui converti fece-
» rit peccatorem ab errore suae viae, operit sibi multitudinem peccatorum.
» Quod si persuadente versuto nostri generis inimico, monita neglexerit
» caritatis, et saepius ammonitus emendari despexerit, publica emenda-
» tione corripiatur. Qui si, nec ita se correxerit. Sed in superbiam elatus,
» mala opera sua insuper defendere visus fuerit, et obedire noluerit, juste
» poterit a conventu separari, ita quod ultimus sit fratrum. Solus come-
» dat, et tali cibo reficiatur, quali visum fuerit Praeposito, et ea hora,
» quam praeviderit ei Praepositus expedire, donec vulnera viciorum sa-
» nent in eo medicamenta poenitentiae. Maxima quippe sollicitudine cu-
» ram gerere debet Rector circa delinquentes, ut negligentes, et conten-
» dentes increpet et corripiat, neque dissimulet peccata delinquentium.
» Sed mox ut oriri caeperint, radicitus ea ut praevalet, amputet. Memor
» periculi Helli, qui pro eo, quod non digne corripuit filios suos delinquen-
» tes, a Domino ipse punitus est. Honestiores quidem, et sensatos prima,
» vel secunda correptione, ammonitione verbis corripiat. Superbos autem
» et improbos, ac duros et rebelles vel inobedientes verbo, vel corporis
» castigatione in ipso inicio peccati cohereat, quia, ut sacra Scriptura te-
» statur, *Stultus verbis non corripitur. Percute*, inquit, *filium tuum virga,*
» *et liberabis animam ejus a morte.* In ipsa autem correctione sua pru-
» denter agat, vicia oderit, diligat fratres, et ne quid nimis, nedum minis
» vult eruginem radere, confringatur vas, suamque fragilitatem semper
» suspectam habeat. Nec ista idcirco dicimus, ut suadeamus nutrire vitia,
» sed prudenter, et cum caritate ea amputet, prout cuique viderit expedire.
» Magno enim opere debet sollicitudinem gerere, et omni sagacitate et in-
» dustria procurare, ne aliquam de ovibus sibi creditis perdat pro quibus

» Pastor bonus animam suam ponere dignatus est. Noverit ergo se infir-
» marum curam suscepisse animarum, nec super sanos tyrannidem. Per-
» pendat itaque quam difficilem, et arduam rem susceperit, regere animas,
» et multorum servire moribus ita, ut oporteat cum quosdam quidem blan-
» dimentis, alios vero suasionibus sanare, alios autem increpationibus, et
» secundum uniuscujusque qualitatem vel intelligentiam ita se omnibus
» conformare, et aptare, ut non solum detrimenta gregis commissi non
» patiatur, verum in augmentum boni gregis gaudeat. De cujus quidem
» gregis custodia, quam suscepit agendam in tremendo Omnipotentis judi-
» cio facienda erit discussio. Noveritque culpae Pastoris incumbere quic-
» quid in ovibus summus Pastor ovium minus poterit invenire. Si vero
» grex innobediens fuerit et inquietus, et a Pastore fuerit omnis diligen-
» tiae attributa, et morbidis eorum actibus universa fuerit cura exhibita,
» in judicio Domini absolutus dicere poterit cum Propheta. Justitiam
» tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam, et salutare tuum
» dixi. Ipsi autem contepnentes spreverunt me. Et tunc inobedientibus
» ovibus poena erit praevalens ipsa mors. Si autem verae Christi oves
» sunt, audiant vocem dicentis. Oves meae vocem meam audiunt et sequun-
» tur me. Nam qui sequitur Christum non ambulat in tenebris, sed habe-
» bit lumen vitae. Qui sequitur Christum, debet, sicut ille ambulavit ambu-
» lare. Ambulavit Christus per viam obedientiae, de quo scriptum est.
» Quia factus est obediens Patri usque ad mortem, mortem autem Crucis;
» Propter quod et Deus illum exaltavit, et donavit illi nomen, quod est
» super omne nomen. Si ergo desideramus cum illo exaltari, obedientes
» debemus esse pro ejus amore, non solum aeterno et immortali, sed
» etiam cito morituro Pastori, quemadmodum per Apostolum suum ipse
» praecipit, dicens. Obedite Praepositis vestris, et subjacete eis, ipsi enim
» pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Obedientiae
» quippe virtus caeteras virtutes mentis inserit, insertasque custodit. Per
» obedientiae laborem debemus redire ad Caelestem Patriam, a qua per
» inobedientiae desidiam discessimus. Abrenunciantes ergo propriis vo-
» luntatibus Domino Christo militaturi; indiciis atque fortissimis armis
» obedientiae muniamur, neque hostis invidi jaculis transfigamur, sed per
» obedientiam invincibiles ac terribiles eisdem hostibus efficiamur, quem-
» admodum de fideli, et obedienti anima sacra testatur scriptura. Ter-
» ribilis, ut castrorum acies ordinata. Terribiles quidem sumus hostibus

» nostris, si per obedientiae et concordiae virtutem uniti, unum cor et
» animam unam habeamus, si Rectoribus nostris vicem Christi in nobis
» gerentibus usque ad vitae terminum obedientiam pro ejus amore sine
» murmurationis vitio cum omni humilitate exhibere satagimus. Obedien-
» tia quippe nobis observanda praecipitur usque ad mortem, quia condi-
» tor noster usque ad mortem obedientiam Patri servasse testante scri-
» ptura describitur. Quae videlicet obedientia tunc erit Deo acceptabi-
» lis, et hominibus cara, si quod jubetur, non tepide, non tarde, aut cum
» murmure, vel cum responso nolentis efficiatur. Quia obedientia, quae
» majoribus praebetur, Deo praebetur, sicut ipse dicit. Qui vos audit, me
» audit, et cum bono animo a discipulis praebetur, quoniam hilarem dato-
» rem diligit Deus. Nam si cum malo animo obedientiam facit discipulus,
» et non solum ore, sed etiam in corde murmuraverit, quamvis impleat
» jussionem, tamen non erit acceptum Domino, qui cor respicit murmuran-
» tis. Et pro tali facto nullam consequitur gratiam, immo poenam mur-
» murantium incurrit, si non castigatione congrua emendaverit. Quantum
» vero apud Deum mercedis adquiratur per obedientiam, ex hoc cogno-
» scere possumus, si e diverso quantum sit inobedientia malum perpen-
» damus. Ait Propheta Samuel. Quoniam quasi peccatum est violandi non
» obedire, et quasi scelus idolatriae est nolle adquiescere. Adquiescendum
» est ergo nobis praeceptis obedientiae, si volumus Caelestis Regni, ut filii
» existere haeredes, non quasi Idolatrae ad inferni tormenta cum impiis,
» et scelestibus devolvamur. Nam cum obedientiae bonum spirituali Patri
» libenter impendimus, non solum nostri, sed etiam ipsius miseremur, quia
» onus ejus obediendo alleviamus, qui quanto in loco superiori, tanto in
» majori periculo versatur.

» Silentium continuum in Claustro, in Ecclesia, in dormitorio, in re-
» fectorio teneamus, nisi aliqua vista necessitate aliquoties fuerit con-
» cessum.

» Fratres Novitij, qui veniunt ad Ordinem, primo confiteantur peccata
» sua Praeposito, ad ejus consilium satisfaciant, et male oblata restituant,
» et res suas disponant. Vestimenta etiam; quae ad Ordinem pertinent,
» non ad suum libitum, sed ad nutum ejusdem Praepositi vel Prioris,
» prout congruum fuerit, emant.

» Praeterea, qui est minister, curam habere debet exteriorum, quoniam
» ad ipsum pertinet mercenariis pretia laborum solvere, legumina et

» annonam totius anni, et vinum fratribus ne desint. Secundum possibili-
» tatem domus providere vestes laneas, et pelles, et calceamenta fratribus,
» cum necesse fuerit, pro posse dare. Labores terrae, sectio foeni, vel mes-
» sium, sive lignorum, collectio quoque vindemiarum, cultura vinearum,
» vel caeteri labores, ut congruo tempore fiant, procurare; et ad haec fa-
» cienda operarios per se, vel per alios adquirere fratribus Conversis, qui
» laboribus praesunt, consilium et auxilium, ut omnia strenue fiant, prae-
» stare. De nutriendis animalibus, et custodiendis sive vendendis curam
» habere. Quaecunque agenda sunt in utilitatibus Domus, consilio Prae-
» positi, vel eorum, quos sibi viderit Praepositus, nihil de se, aut per se
» praesumens faciat. Data, seu dona privata suis specialibus amicis vel
» parentibus tam ipse, quam caeteri fratres, qui obedientias habent, ut est
» Sacrista, vel Celerarius, sive alii, sine licentia Praepositi, vel ejus Vica-
» rii, nequaquam facere praesumant. Singulis ebdomadibus, vel mensibus
» Praeposito, aut cui ipse jusserit, de expensis suis rationem reddat. Post
» collectas messes, quot modia tritici, vel siliginis, vel aliorum fructuum
» terrae de propriis laboribus, quos de singulorum locorum decimationi-
» bus, sive de factis, vel aliis reddictibus Domino dante Domus habuerit,
» vel quot vendiderit, compertum faciat. In autumno vestes singulorum
» inspiciat, ut vestes discussas reparari faciat, novas indigentibus, prout
» potuerit, distribuat.

» Sacrista debet omnes horas Canonicas sonare, et ultimum sonum ad
» nutum majoris dimittere; candelas cereas factas, quibus necesse fuerint,
» distribuere. Vestimenta sacra, linteamina et cetera utensilia in Ecclesia,
» et Altaris necessaria servare, praeparare, et horum omnium numerum
» scire. Corporalia quoque, et offertoria et tersoria; pallam Altaris, et
» cortinas ponere, et quotiens expedierit, in maximis praesertim solemni-
» tatibus, mutare. Ecclesiam, cum necesse fuerit, scopis mundare, horolo-
» gium temperare, et ante matutinas in dormitorio si defuerit lumen, ac-
» cendere. Debet etiam oblationes in Ecclesia suscipere, et de ipsis, quod
» jusserit Praepositus facere. Lampades, ut laventur, providere.

» Item cum aliquis fratrum ad aliquem locum ire noluerit prius
» causam Praeposito assignet, et utilitatem, quam inde assequi sperat.
» Et si licentiatus fuerit, eat, quo proposuerat. Alioquin pacifice idem
» gerat.

» Vestes autem quae usibus confratrum convenientes esse nequaquam

» videntur, Praeposito reddantur ; ipse vero pia provisione eas distribuat,
» prout sibi congruum visum fuerit, et opportunum, pauperibus.

» Quia sancta, et salubris cogitatio est pro Defunctis exorare, ut a
» peccatis solvantur, statuimus et praecipimus, ut ter in ebdomada cele-
» bretur missa mortuorum, seu pro Defunctis. Missam diei non ob hoc
» aliquatenus non praetermittendo, si fuerint plures Sacerdotes, nisi fue-
» rit festum, in quo fiant lectiones.

» Item volumus, et firmiter statuimus, ut in quolibet anno fiat anni-
» versarium Episcopi Anselmi benefactoris nostri singulariter. Et Ardicio-
» nis Vercellensis, singulorum Comensium Episcoporum, tam praeterito-
» rum, quam futurorum catholicorum. Item fiat Anniversarium pro ani-
» mabus omnium parentum meorum. Item aliud pro animabus omnium
» illorum, quos ego offendi in dictis, vel factis, ut Deus mihi, et illis re-
» mittat peccata nostra. Item fiat anniversarium omni anno pro animabus
» Patris et Matris, et omnium parentum, et benefactorum, Sacerdotis Mar-
» tini, et Praepositi de Torello singulariter. Item aliud fiat annuatim pro
» animabus Patris et Matris et omnium parentum et benefactorum Presbi-
» teri Pacis ejusdem Ecclesiae Sacristae. Item fiat aliud pro animabus
» Patris et Matris, et omnium parentum et benefactorum Presbyteri Ro-
» landi. Item fiat aliud pro animabus Patris et Matris, omniumque pa-
» rentum et benefactorum Presbyteri Odelmarij similiter annuatim.

» Item fiat aliud pro animabus Patris et Matris, et aliorum benefacto-
» rum, et parentum fratris Bertrami ejusdem Ecclesiae Acoliti. Item aliud
» pro animabus parentum, et benefactorum Cosmae Subdiaconi. Item sta-
» tuimus, et firmiter praecipimus Anniversarium omni anno fieri pro anima-
» bus avi mei et avae meae, Patris, ac Matris meae, nec non patruorum, fra-
» trum, sororumque mearum, et filiorum fratrum singulariter pro singulis.
» Item fiat aliud pro animabus omnium benefactorum Ecclesiae S. Mariae de
» Torello. Item aliud pro animabus omnium fratrum conversorum ejus-
» dem Ecclesiae. Item aliud pro animabus omnium benefactorum confra-
» trum hujus Ecclesiae, tam Clericorum, quam Conversorum et tam prae-
» teritorum, quam praesentium, quam futurorum.

» Haec supradicta firmiter observari ab omnibus tam venturis quam
» praesentibus monemus, rogamus et exhortamur in Domino eisdem, ex
» parte Dei omnipotentis injungentes, quatenus per haec et alia bona,
» quae dicti Fratres Domino inspirante fecerint, in illa superna Patria,

» ubi nostrum est gaudium; cum Sanctis, et electis valeant sine fine
» gaudere. »

Dalla serie di queste regole, che il vescovo Guglielmo ha imposto ai canonici regolari di santa Maria di Torello, da lui istituiti, ci è facile il conoscere, contro l'opinione di chi li disse benedettini, o piuttosto della congregazione degli umiliati, avere essi professato la regola di sant' Agostino. Ed inoltre si vede, che a questi tempi la chiesa di Como non uffiziava già con rito ambrosiano, ma col rito aquilejese o quasi simile all' aquilejese, perciocchè non più a Milano, ma ad Aquileja era soggetta in quanto a metropolitica dipendenza. Fabbricato il chiostro, fabbricò a sue spese il vescovo Guglielmo altresì una chiesa, cui egli stesso consecrò solennemente il dì 26 ottobre di quello stesso anno 1217.

Si diede cura altresì del riordinamento della sua cattedrale, particolarmente quanto al numero dei canonici. Sotto il vescovo Anselmo, suo antecessore, erano insorti infatti non lievi contrasti per la violenza di taluni, che volevano a forza entrare a formar parte del loro capitolo: perciò Anselmo li aveva determinati al numero di venti; e questa sua determinazione era stata confermata da pontificie bolle di Gregorio VIII e di Celestino III. Ma rinnovatisi i contrasti, il vescovo Guglielmo modellò, con l' assenso di tutti i suoi canonici di allora, sagge discipline ed opportune costituzioni, riconfermando la limitazione delle prebende canonicali al numero di venti. Di tuttociò ottenne pontificia approvazione con bolla del dì 26 gennaro 1218, nella quale il papa Onorio III comandò sotto pena di scomunica, che si avesse a conservare in perpetuo lo stabilito numero di venti canonicati, e non più. La bolla è questa, che qui trascrivo (1):

HONORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

VENERABILI FRATRI NOSTRO EPISCOPO ET CANONICIS CVMANIS
SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

« Cum per fratres et coëpiscopos nostros ad profectum Ecclesiarum
» et pacem aliqua statuuntur, quae ab institutis sacrorum canonum non

(1) È presso il Tatti, pag. 929 della dec. II.

» diserepant, juxta postulantium voluntatem consentaneum rationi conve-
» nit eadem Apostolicae sedis munimine roborari. Sane nobis innotuit,
» quod bonae memoriae A. Cumanus Episcopus volens suae profectibus
» Ecclesiae providere, auctoritate Sanctae recordationis Gregorii Papae
» praedecessoris nostri, de voluntate et assensu sui Capituli statuit, ut in
» Cumana Ecclesia viginti Canonicorum numerus certus existat, et semper
» maneat illibatus, et idem statutum in scriptum redigens sui sigilli muni-
» mine roboravit, quod cum felicis memoriae Caelestino Papae Praedeces-
» sori fuisset oblatum, idem diligenter audiens approbavit. Ea propter ve-
» stris justis postulationibus annuentes ad exemplar praedicti Caelestini
» Statutum ipsum, sicut rationabiliter factum est, et in praefato scripto
» authentico continetur, auctoritate Apostolica confirmamus, et praesentis
» scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut praebendae Ecclesiae
» vestrae contra Statutum Lateranensis concilii, salva Sedis Apostolica au-
» ctoritate, de caetero minime permittantur. Ad majorem vero firmitatem
» ipsius scripti tenorem de verbo ad verbum praesentibus duximus inse-
» rendum. Qui est talis. A. Dei gratia Cumanus Episcopus, licet immeri-
» tus, dilectis in Christo fratribus Canonicis Cumanae matricis Eccle-
» siae, etc. Cum ex injuncto nobis Episcopatus officio cunctis nostro regi-
» mini commissis Ecclesiis pastorali teneamur vigilantia, providere, indi-
» gnum satis videri posset, et absonum, nisi Episcopalis Ecclesiae curam,
» et diligentiam sollicitus haberemus. Illius siquidem utilitatibus tanto pro-
» pensius nobis convenit intendere, ejusque statui operam dare, quanto
» specialius eam regendam suscepimus, et velut sponsam propriam instanti
» cura diligentissime gubernandam.

» Necessarium igitur duximus futuris casibus cautius occurrere, ab in-
» surgentibus gravaminibus Divina favente gratia sublevare.

» Consueverunt enim saepius dictae Matricis Ecclesiae fratres plurimo-
» rum hominum, et maxime suorum Civium sustinere molestias, et impor-
» tunis precibus pro suscipiendis Clericis assidue magis, ac magis inquie-
» tari: faciebant enim talia homines se ipsos amantes, et quae sua sunt,
» non quae Jesu Christi quaerentes, dum Ecclesiae facultates minime at-
» tenderent, et tamen nisi eorum foret precibus satisfactum, Clericis de-
» bita subtrahebant, et se graviora facturos in detrimentum Ecclesiae saepius
» minabantur. Volentes itaque Episcopalem Ecclesiam ab iis, et aliis op-
» pressionibus per Dei gratiam liberare, cognoscentes etiam, quid personis

» possit decenter sufficere, freti auctoritate Domini Papae bonae memo-
» riae, qui apud Parmam, tam nobis, quam aliis Lombardiae Episcopis hoc
» Privilegium concessit, cum in aliis Episcopalibus Ecclesiis id factum no-
» verimus, de voluntate et assensu fratrum nostrorum, certum in ea po-
» suimus numerum Clericorum. Ideoque facultatibus memoratae Basilicae,
» proventibus et expensis diligenter inspectis, ad honorem Dei et Salva-
» toris nostri, et Genitricis ejus, in cujus nomine ipsa, de qua agitur, est
» Ecclesia dedicata: jam dicti Summi Pontificis auctoritate et nostra et
» fratrum nostrorum statuimus, et inviolabiliter confirmamus, ut in Cu-
» mana Matrice Ecclesia nunc et futuris temporibus viginti Canonicorum
» numerus certus existat, et semper illibatus permaneat, ut sic precum
» cesset importunitas mundanarum, et ipsi digne Deo, et Gloriosae Vir-
» gini valeant deservire, et competens de ipsius Ecclesiae proventibus in
» victu et vestitu possint habere subsidium. Ut etiam statutum nostrum
» perpetuam habeat firmitatem, sigillum nostrum impressimus et subscri-
» psimus.

» Ego A. Cumanus Episcopus etc. Nulli ergo etc., Si quis autem etc.

» Datum Laterani septimo kal. Februarij anno secundo. »

Sotto il vescovo Guglielmo ebbero accoglienza nella diocesi di Como i frati domenicani, istituiti di fresco: ebbero da prima una piccola abitazione al castello Baradello, con la chiesa contigua, che nominavasi di san Martino nelle selve; poco dopo, perciocchè rimanevano troppo discosti dalla città, ebbero la chiesa intitolata a san Giambattista ed a san Giovanni evangelista, la quale apparteneva ai monaci di sant'Abondio. Questi, per le istanze del vescovo e della città, ne fecero loro la cessione. San Domenico stesso, nel 1219, venne a Como e vi si fermò qualche giorno. Guglielmo vescovo segnalò inoltre, nel 1226, la sua pietà col fondare in Como un ospitale per i poveri infermi: lo piantò a san Silvestro, che poi prese il nome di sant'Antonio: fu abitato dai frati di sant'Antonio di Vienna, col titolo di priorato, che passò più tardi in commenda. Fu questo l'ultimo anno della sua vita; morì a' 21 di ottobre, e fu portato a sepoltura, come egli aveva ordinato, nella chiesa di santa Maria di Torello, ove per molto tempo ebbe venerazione e concetto di santità (1).

(1) Ved. il Tatti, pag. 590 della dec. II.

Alcuni giorni dopo, si radunarono, secondo il solito, per l'elezione del successore, i tre abati di sant'Abondio, di san Carpoforo e di san Giuliano, insieme coi canònici della cattedrale. Comparvero nello stesso tempo quattordici cappellani, o curati, e venti sacerdoti della città, dichiarando, che non potevasi venire, senza il loro voto, all'elezione del nuovo vescovo. Dopo qualche contesa, vi furono ammessi sotto tale protesta, così gli uni, come gli altri; acciocchè per motivo di questa opposizione non se ne protraesse la nomina. Alla protesta dei cappellani e dei sacerdoti ne interposero un'altra i canonici e gli abati, dicendo, che intanto gli ammettevano a tal funzione, in quanto a loro competesse, o di ragione o di consuetudine; altrimenti si dichiaravano, che non volevano per questa loro connivenza in modo alcuno pregiudicarsi. Si venne allo scrutinio, nel quale sette canonici, un abbate, undici cappellani, e nove sacerdoti concorsero nell'arciprete della cattedrale. Dall'altra nove canonici, un abbate, un cappellano, e undici sacerdoti nominarono per vescovo l'arcidiacono della stessa chiesa. Pubblicato lo scrutinio, tanto l'arciprete, quanto l'arcidiacono, rimase eletto dalla sua parte, e si stimò legittimamente eletto. Non accordandosi dunque tra loro, furono queste elezioni portate a Roma l'anno seguente 1227, dove, morto Onorio agli 18 di marzo, gli era succeduto Gregorio IX. Questi informatosi esattamente dei meriti dell'una e l'altra elezione, e prestate benignamente le orecchie alle ragioni, che ambedue le parti proponevano in favore della propria causa, trovò, che essendo stati presenti a questa elezione diciotto canonici, quattordici cappellani, venti sacerdoti e tre abbati, nè l'una nè l'altra elezione era arrivata alla maggior parte di tutto il capitolo. Di più scoprì, ch'erano state trascurate le prove necessarie, che pur si dovevano fare prima dell'elezione; cioè, come vi fossero stati ammessi i sacerdoti della città, e come i cappellani; se vi erano entrati di ragione o di consuetudine. Questi mancamenti, che si chiarirono dal papa in questa elezione, fecero, ch'egli la dichiarasse invalida, e perciò col parere de'cardinali l'annullò, e privò per quella volta gli elettori dell'autorità e potestà, che avovano nell'elezione del loro pastore. La decretale del papa su questo argomento è la seguente (1):

(1) Esiste nel lib. I delle Decretali del papa Gregorio IX, cap. 50.

« Cumana Ecclesia pastoris solatio destituta et congregatis die ad ce-
» lebrandam electionem praefixa, qui praesentes erant de Cumanis Cano-
» nicis ac tribus abbatibus, qui vocem in electione habere noscuntur:
» Capellani et Clerici civitatis electioni se debere interesse dicentes, sub
» hujusmodi protestatione admissi fuerunt, quod vox eorum, qui non de-
» berent interesse de jure vel consuetudine non valeret. Tandem prae-
» misso juxta formam Concilii generalis scrutinio, VII de Canonicis, unus
» Abbatum, XI. Capellani et novem Clerici in ejusdem Ecclesiae Archi-
» presbyterum convenerunt: novem Canonicis, uno de Abbatibus, uno
» Capellano et XI. Clericis in ipsum Ecclesiae Archidiaconum dirigentibus
» vota sua: *et infra.* Cum decem et octo fuerint Canonici, tres Abbates,
» XX Clerici, et XIIII Capellani: neutram electionem comperimus ad ma-
» jorem partem totius Capituli pervenisse, nec probatum fuerat, quod
» Clerici admitti debuerint, nec quod Capellani admissi fuerint vel de con-
» suetudine vel de jure. Nam etsi Capellani duobus electionibus Episco-
» porum interfuerint, et scrutatores dederint voluntatum, non tamen in-
» quisita vota sua fuisse, vel eos aliquos eligisse probatur. Sed et si inqui-
» sita fuissent nota, vel ipsi aliquos elegissent, per hoc tamen non constitit
» id eis de jure competere, vel ex consuetudine jam praescripta. Unde nos
» electiones ipsas praesumptas etiam contra formam concilii generalis, cum
» collatio in communi omissa fuerit, quae post publicationem scrutinij fieri
» debuisset, de Fratrum nostrorum consilio sententialiter duximus irri-
» tandas, electores hac vice eligendi potestate privantes.

» Prima pars narrat factum electionum, secunda ibi cum XVIII. ipsas
» electiones irritat, exprimens causam: quare, et electores punit. Abb. sic.
» Casus. Vacante Ecclesia Cumana, statuta die ad celebrandam electionem
» Canonici et tres Abbates qui vocem in electione habere dicuntur, cae-
» perunt de electione tractare. Capellani, et Clerici civitatis ejusdem dice-
» bant se debere electioni interesse, et quod sine ipsis electio fieri non de-
» beret. Tandem ne propter hujusmodi contradictionem differretur ele-
» ctio, Capellani et Clerici admissi fuerunt sub hujusmodi protestatione,
» ita quod vox eorum, qui non deberent interesse de jure, vel de consue-
» tudine, non valeret. Et sic praemisso scrutinio, septem Canonici, et
» unus Abbas, XI. Capellani, et IX. Clerici in Archipresbyterum ejusdem
» Ecclesiae convenerunt: IX Canonici, unus Abbas, unus Capellanus, et
» novem Clerici in Archidiaconum ejusdem Ecclesiae consenserunt, et

» publicato scrutinio, a parte sua extitit electus uterque. Electiones istae
» ad Sedem Apostolicam sunt delatae. Dominus Papa meritis auditis utri-
» usque electionis, et auditis aliis, quae partes proponere curaverunt, in
» venit, quod XVIII sunt Canonici, et XIIII Capellani, XX Clerici, et tres
» Abbates, sed neutra electione pervenit ad majorem partem totius Capi-
» tuli, quia non fuit probatum, quod clerici admitti debuerint, nec quod
» capellani admissi fuissent de jure, vel consuetudine; quia, et si Capel-
» lani interfuissent utrique electioni Episcoporum, et scrutatores dederint
» voluntatum, non tamen vota illorum inquisita fuerunt, nec aliquos ele-
» gerunt. Sed dato, quod vota illorum inquisita fuissent, vel aliquos ele-
» gissent, per hoc tamen non fuit probatum, quod illud eis competeret de
» jure vel consuetudine praescripta: et ideo Dominus Papa electiones
» praedictas factas etiam contra formam Concilii generalis, quia collatio
» in communi fuit omissa, quae statim post publicationem scrutinij fieri
» debuisset, cessavit, et electores hac vice potestate eligendi privavit. Not.
» quod in electionibus faciendis valet protestatio licet contra protestatio-
» nem fieri videatur. Item non valet electio, nisi fuerit facta a majori parte
» totius Capituli. Item haec probatur, quod persona electi non computa-
» tur in numero eligentium, nec auget numerum: quia si Archid. fuisset
» computatus, obtinuisset, si forma servata fuisset, et litera hoc probat,
» ubi dicit neutram electionem invenimus ad majorem partem Capituli
» pervenisse. Item consuetudo non prodest, nisi sit scripta. Item qui pec-
» cant in forma Concilii per sententiam privandi sunt potestate eligendi.
» Hic fuit omissa collatio, et sic fuit peccatum in forma. »

Avendo così derogato il pontefice alle ragioni del capitolo comasco, elesse egli di sua autorità il vescovo nella persona di Uberto, suo cappellano ed arciprete di Vercelli. Della quale elezione diede tosto notizia ai canonici di Como con la seguente lettera:

CAPITVLO CVMANO.

« Cumana Ecclesia Pastoris solatio destituta, et congregatis die ad ce-
» lebrandam electionem praefixa, qui praesentes erant de Cumanis Ca-
» nonicis, et tribus Abbatibus, videlicet sancti Abundii, s. Carpophori et
» s. Juliani Cumani, qui vocem in electione habere noscuntur. Capellani,

» et Clerici Civitatis electioni se debere interesse dicentes, sub hujusmodi
» protestatione admissi fuerunt, quod vox eorum, qui non deberent inter-
» esse de jure, vel consuetudine, non valeat. Tandem praemisso juxta
» formam Concilii generalis scrutinio, septem de Canonicis, unus Abba-
» tum, undecim capellani, et novem clerici in ejusdem Ecclesiae Archi-
» presbyterum convenerunt; novem Canonicis, uno de Abbatibus et un-
» decim Clericis in ipsius Ecclesiae Archidiaconum dirigentibus vota sua.
» Cumq; super electione utriusq; Procuratores eorum ad nostra prae-
» sentiam accessissent, dilectum Filium nostrum O. Sancti Nicolai in
» Carcere Tulliano Diaconum Cardinalem eis deputavimus auditorem, qui
» cum ea, quae fuerunt proposita coram ipso, nobis fideliter retulisset,
» cum decem et octo fuerint Canonici, tres Abbates, viginti Clerici, et
» quatordecim Capellani, neutram praedictarum electionum comperimus
» ad majorem partem totius Capituli pervenisse; nec probatum fuerat ab
» eisdem Procuratoribus, quod Clerici admitti debuerint, vel quod Ca-
» pellani admissi fuerint de consuetudine, vel de jure. Nam etsi Capellani
» duabus electionibus Episcoporum interfuerint et scrutatores dederint vo-
» luntatum, non tamen inquisita vota sua fuisse, vel eos aliquos elegisse pro-
» batur, sed etsi inquisita fuisset vota, vel ipsi aliquos elegissent, per hoc
» tamen non constitit id eis de jure competere, vel ex consuetudine jam
» praescripta. Unde nos electiones ipsas praesumptas etiam contra formam
» concilii generalis, cum collatio in communi obmissa fuerit, quae post
» publicationem scrutinij fieri debuisset, de Fratrum nostrorum consilio
» sententialiter duximus irritandas, et electores hac vice eligendi potestate
» privavimus, providentiae nostrae ordinationem ipsius Ecclesiae reser-
» vantes. Caeterum ne Ecclesia ipsa pro defectu Pastoris dispendium
» pateretur, Nos dilectum Filium . . . . . Archipresbyterum Vercellensem
» subdiaconum nostrum, virum utique eminentis scientiae, honestum, pro-
» vidum et discretum, ex officio nostro de Fratrum nostrorum consilio
» vobis et eidem Ecclesiae in Episcopum duximus providendum. Cum igi-
» tur personam vobis in Pontificem praefecerimus, per quam potest in spi-
» ritualibus et temporalibus eadem Ecclesia suscipere incrementum;
» Universitati vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus sibi
» de caetero tamquam electo vestro, et Patri et Pastori animarum vestra-
» rum plene, ac humiliter intendatis, et exhibeatis eidem obedientiam, et
» reverentiam debitam ac devotam, suscipiendo salubria ejus monita et

» mandata et inviolabiliter observando, alioquin sententiam, quam idem » rationabiliter tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore » Deo, firmiter observari. Datum Laterani die XII kal. Aprilis. Pontifica- » tus nostri anno secundo. »

Uberto adunque nel 1227 fu eletto vescovo di Como. Egli era nato a Sala, terra del Monferrato, della quale i suoi antenati erano feudatarii. Resse lodevolmente per trentadue anni, all'incirca, l'affidatagli chiesa, nel giro dei quali non avvenne cosa degna di particolare menzione. Tutt' al più ricorderò e il privilegio concesso al vescovo ed alla chiesa di Como dall'imperatore Federigo II, nel 1231, per cui gli dona tutte le miniere di metallo, che si trovano nel territorio del suo vescovato (1); e la sentenza dello stesso principe contro i luganesi, che si erano ribellati al vescovo ed alla chiesa comasca (2); e le lunghe contese tra i monaci benedettini di sant'Abondio, e i frati domenicani di san Giovanni, al che riferisconsi più lettere apostolicha (3). Sotto di lui, la città di Como, per violenze usate, fu sottoposta ad interdetto. Egli morì, nel 1259, siccome attestano sicuri documenti; checchè in contrario ne abbiano scritto altri storici, che ne segnarono la morte, chi nel 1241, chi nel 1245, e chi nel 1254. Portava egli grande affetto ai frati domenicani; perciò volle avere sepoltura nella loro chiesa a san Giovanni di Pedemonte. Sulla sua tomba gli fu scolpita l'epigrafe:

REVERENDISSIMVS VBERTVS VERCELLENSIS
COMENSIS EPISCOPVS
QVI DIVI PETRI MARTYRIS TEMPORE
IN HVMANIS AGEBAT
HAC CLAVDITVR VRNA.

Quando fu rinnovata e rifabbricata la cappella, ov' egli era stato collocato, fu anche tolta via la pietra, che ne portava l'iscrizione. La nomina del successore fu ben presto effettuata dal clero, senza contrasti; temendo

(1) È portato dal Tatti nella pag. 935 e seg. della dec. II.

(2) È questo diploma dell'anno 1233, e lo si può leggere presso il Tatti, pag. 936 della dec. II.

(3) Portate dal Tatti, dalla pag. 937 alla 957 della dec. II.

che si rinnovassero le tempeste suscitate dalla discordia degli elettori, prima di Uberto. Elessero adunque, in quello stesso anno 1259, il comasco LEONE II della famiglia degli Avvocati. Egli era stato arciprete e poi arcidiacono della cattedrale, e godeva il titolo di cappellano pontificio. Era assai vecchio di età; perciò non rimase che un biennio, poco più, al governo di questa chiesa. Anzi, vedendo egli stesso, che le sue fisiche indisposizioni lo rendevano inutile alla chiesa, ne fece rinunzia nelle mani del clero e dei tre abati elettori, di sant' Abondio, di san Carpoforo e di san Giuliano; pregandoli a scegliere un successore, che potesse reggere proficuamente il gregge, a cui la propria infermità e debolezza non permettevagli di prestare i necessarii conforti. La rinunzia fu accettata, e si pensò al successore. Egli protrasse ancora i suoi giorni sino al 9 luglio 1261.

(2) Ved. il Ronchetti, pag. 20 del tom. VII. (3) Ivi, pag. 28 del tom. VII.

universale, dice il Ronchetti (1), *di notte tempo con tutta la famiglia pigliò la fuga verso Venezia, essendo stato trasferito all' arcivescovato di Zara.* Sul che prosegue il Ronchetti: « I cittadini, parte eccitati dalle gran somme » dei loro crediti, parte adirati per aver egli involata gran quantità di li» bri e di ornamenti della cappella episcopale, presentarono al serenissimo » principe le loro suppliche, dal quale per ristorarne i danni furono dati » più ordini, che si leggono nel registro *B.* delle ducali della cancelleria » pretoria. Terminò egli i suoi giorni, come leggesi nel libro de' benefat» tori della cattedrale di s. Vincenzo: *IX. Kal. Junii anno MCCCCL. et* » *reliquit huic Ecclesiae duo bocaletta argenti: et unam scatolam argen*» *team ab hostiis,* con obbligo di anniversario. » Ebbe successore sulla santa sede bergamasca il veneziano Giovanni IV Barozzi, nipote del papa Paolo II, personaggio ragguardevole, e adorno delle più rare qualità. Fu eletto a' 5 di novembre dell' anno 1449; e vi venne a' 28 del susseguente dicembre. Occupossi con ogni sollecitudine a riparare i disordini introdotti dalla mala amministrazione del suo antecessore. Egli celebrò tre sinodi nelle due cattedrali, al primo dei quali intervennero 368 ecclesiastici. Unì in un solo corpo, coll' assenso dei canonici e della città, dieci ospitali, che erano sparsi qua e là in varii luoghi della città e dei borghi. Riscattò la contea di Morengo e di Carpeneto, già di diritto vescovile, usurpata dalla tirannia di Barnabò Visconti, per una metà alla mensa episcopale e per l' altra metà alla basilica di san Jacopo di Pontida, di cui era egli abate commendatario. Restituì a forma più augusta la cattedrale di san Vincenzo, guasta e in parte caduta per l' antichità e per avvenuto incendio. Pose la prima pietra della chiesa di santa Maria dei carmelitani, poi la consecrò. Lasciò molti monumenti della sua beneficenza sì alle chiese, che all' episcopio. Finalmente dopo sedici anni di pastorale governo fu innalzato alla dignità patriarcale di Venezia, nel gennaro del 1465.

Nell' anno stesso gli fu sostituito sulla cattedra bergamasca un altro gentiluomo veneziano, Lodovico Donato, trasferitovi dal vescovato di Belluno. Fu benefico e munifico verso la cattedrale di san Vincenzo: consecrò la chiesa di sant'Alessandro in Colonna, e fabbricò la chiesa di san Biagio, ov'era anticamente una piccola cappella di diritto vescovile, entro i recinti dell' episcopio. Morì a' 20 di luglio 1484; e nel dì 15 del successivo

(1) Pag. 38 del tom. VII.

ottobre gli fu sostituito LORENZO Gabrieli, nobile veneziano, che prese il possesso della sua chiesa il dì 8 maggio susseguente. Da lui fu posta il dì 26 marzo 1487 la prima pietra della nuova fortezza. Anche la rifabbrica della cattedrale di san Vincenzo procedeva sotto di lui con grande alacrità. All'invasione delle armi francesi, nel 1509, fu costretto ad allontanarsi da Bergamo; e nel tempo che vi stette esule arrogaronsi l' amministrazione della diocesi il prevosto di sant'Alessandro, l'arcidiacono e un canonico, ch'egli citò, con editto del 17 luglio 1510, a comparire dinanzi al papa (1). Morì in Padova due anni dopo, il dì 6 luglio, e fu sepolto in Venezia, nella chiesa di santi Giovanni e Paolo, ove gli fu scolpita l' epigrafe:

HEVS BERGOMAS TVVM LAVRENTIVM
GABRIELEM REPOSCIS! EXCVBANS HIC
SVM. SAT CHRYSMVM ANNIS SIBI TRIGINTA
REDDIDI PONTIFICATVM. HVIC VIRGINI
FAMVLARI PACIFICE CVPIO. TE ROGO NE VEXES
MDXII.

Lasciò in testamento alle due cattedrali di Bergamo un intiero apparato d'oro, cioè, piviale, pianeta, dalmatica, tonicella ed un turibolo d' argento con navicella, le quali cose dovevano rimanere sei mesi presso i canonici di sant'Alessandro e sei mesi presso quelli di san Vincenzo. Gli fu sostituito nel governo di questa chiesa il gentiluomo veneziano NICOLÒ II Lippomano, eletto a' 17 luglio del 1512; ma impedito dalle truppe francesi e spagnuole non potè recarsi alla sua sede. Perciò esistono molte lettere di lui, scritte ai canonici delle due cattedrali (2). Intervenne al concilio ecumenico lateranense V, ed è sottoscritto alle sessioni IV, V, VI, VII, VIII e IX (3). Morì in Roma, poco dopo avere rinunziato alla dignità vescovile: la quale rinunzia ha la data del 1 luglio 1516. In quell' anno e in quel giorno stesso il papa destinò questa sede a favore di un nipote di lui, PIETRO Lippomano, ch'era arciprete di Padova e canonico di Bergamo. Prese solennemente il possesso a' 6 di gennaro 1520: privatamente lo

(1) Ved. il Ronchetti, pag. 120 del tom. VII.

(2) Se ne può vedere il sunto presso il Ronchetti, pag. 121 del tom. VII.

(3) Ved. il Labbè, tom. XIV, pag. 78.

aveva preso già prima, per mezzo di un suo fratello Zaccaria. Di un grave litigio insorto in occasione del suo ingresso ci dà notizia il Ronchetti con le seguenti parole (1): « Nella solenne sua entrata nel giorno della Epifa-
» nia nacque fra' capitoli delle due cattedrali contesa pretendendo ciascuno
» che la sua croce fosse la prima ad essere dal vescovo baciata. Dietro a
» lunga quistione pronunciò il vescovo, che la croce di sant'Alessandro che
» precedeva l'altra, s'intendesse deputata per croce comune d'ambi i ca-
» pitoli, e che per quell'atto solo del bacio, comune s'intendesse, così tron-
» cata restando ogni lite. Fu processionalmente accompagnato dal clero
» secolare e regolare, dalle confraternite, arti, dai collegi della porta di
» sant'Antonio sino alla cattedrale di sant'Alessandro. I canonici di essa
» avevano seco uomini a cavallo, che rappresentavano sant' Alessandro,
» san Fermo, san Vittore e san Fedele suo compagno. In piazza fu da al-
» cuni fanciulli con encomii e con canti e suoni, e così tre altre volte prima
» di giugnere a sant'Alessandro, salutato e riverito. Terminata la funzione
» in ambedue le cattedrali, che durò sino a notte, ebbe la vescovile chinea
» la famiglia Avogadra, il manto fu dato agli Arsanighi, i stivali e speroni
» a Giovanni Francesco Ossa. Per essere il vescovo giovine e non ancora
» *in sacris*, instituì in suffraganeo suo Gabriele Castello bolognese, arci-
» vescovo Arinese, che ne sostenne per varii anni con ogni prudenza la
» carica. Nuovo tumulto dopo pochi giorni successe fra i canonici di san
» Vincenzo e di sant'Alessandro, che essendo questi invitati dal capitolo di
» san Vincenzo per la festa di esso santo conforme l' uso a celebrare i di-
» vini ufficii, dopo l'invito fecero ad essi sapere che non vi andassero.
» Volsero però questi continuare la loro usanza, e giunti a san Vincenzo,
» non solo non furono colle consuete onoranze accolti, ma esclusi si vi-
» dero dall' entrare in coro; per lo che, fatto far rogito di ciò da Gervasio
» Vavassori, si portarono dal vescovo, ove giunti anco quelli di san Vin-
» cenzo seguì fra loro litigioso contrasto. Finì la lite, che quelli di san
» Vincenzo soli andarono a cantare il loro vespro, e il vescovo, capitano
» luogotenente del podestà (non essendovi allora podestà), e i canonici di
» sant'Alessandro si recarono a Santa Maria per cantare il proprio, qual
» terminato, andò poi il vescovo senza cappa co' predetti in san Vincenzo,
» che si cantava l' inno, a visitare essa chiesa. La mattina seguente fu

(1) Pag. 130 e seg. del tom. VII.

» aggiustata ogni cosa, essendo quelli di sant' Alessandro andati in san
» Vincenzo ad ufficiare, avendo essi posta la croce sopra l' altare a lato
» destro di quella di san Vincenzo, e cantata la messa da un canonico di
» sant'Alessandro si fece unitamente le processione. »

In questo medesimo anno 1520 la città di Bergamo fu sottoposta ad interdetto, in pena di disobbedienza agli ordini pontificii. I canonici scrissero lettera a Cristoforo Barozzi loro collega e protonotario apostolico, che risiedeva in Roma, per chiedergli indicazione come si avessero a regolare in quel frangente: della qual lettera ecco il tenore: « In questi giorni
» passati el fu afixa su le porte de la Giesia nostra cattedrale una coppia
» dell' interditto, circa el quale interditto fussemo dal reverendissimo mon-
» signore Episcopo nostro eletto, et convocati alcuni dottori fu variamente
» disputato, se stante tal interditto se dovesse celebrar *clausis ianuis voce*
» *summisa*. Dubitando però de non incorere in qualche errore per varietà
» di opinione lavemo vogliuto scrivere alla S. V. che per sua humanità
» voglia degnarsi di parlar con quello reverendo auditor, e far che dichiari
» la mente sua *circa divinorum celebrationem*. Dat. Berg. 22. Apr.
» 1520. ecc. (1). » Durò questo interdetto sino ai 14 dicembre, domenica terza dell' Avvento: nel qual dì, liberatane la città, si fece solennissima processione di ringraziamento.

Ricevette Pietro l' episcopale consecrazione nella chiesa di santa Maria Maggiore il dì 29 giugno 1550, e gli e la conferì il suo suffraganeo Gabriele summentovato, assistito da Mattia Ugoni vescovo di Famagosta e da Defendente Vavassori vescovo di Pola Giunse in Bergamo, due anni appresso, il santo nostro veneziano Gerolamo Emiliani, fondatore delle case e per le donne venute dalla prostituzione alla penitenza, e per li fanciulli orfani, ed istitutore de' cherici regolari somaschi, così nominati dal villaggio di Somasca, cui Pietro vescovo stabilì a luogo di asilo al benemerito santo: anzi ne protesse e ne favorì la benefica impresa con apposito decreto del dì 1 agosto 1558, che si può leggere presso il continuatore dell'Ughelli (2). Accolse il vescovo nel 1535, addì 2 maggio, i cappuccini, a cui diede la chiesetta di sant'Alessandro di là della Morla, acciocchè contiguo vi si fabbricassero il chiostro. Nell' anno poi 1544 il giorno 19

(1) Presso il Ronchetti, pag. 132 del tom. VII.
(2) *Ital. sacr.*, pag. 487 e seg. del tom. IV.

febbraro, il vescovo Pietro fu trasferito al vescovato di Verona: e qui nello stesso giorno gli fu dato a successore il rinomatissimo cardinale PIETRO II Bembo, trasferitovi dal vescovato di Gubbio: e vi prese il possesso a' 15 del maggio seguente. Ma vedendo impossibile la sua venuta a Bergamo, a cagione delle gravissime cure, che il papa gli aveva affidato a servigio della chiesa romana, rinunziò il vescovato a favore di un suo nipote VITTORE Soranzo, il quale addì 8 luglio dello stesso anno gli fu dato a coadjutore con speranza di futura successione: ne ottenne poi, nel 1547 a' 9 di agosto, l'assoluto governo, per la morte del cardinale zio, avvenuta in Roma il giorno 18 gennaro precedente. Ma caduto in sospetto di erronee dottrine, fu accusato al papa Giulio III, e in conseguenza, nel 1552, fu dipoi sospeso dall'episcopato a beneplacito della santa sede. Ed intanto la chiesa di Bergamo rimase sotto l'amministrazione di *Nicolò Durante*, da Camerino. Vittore stette due anni circa, nel castello di sant'Angelo in Roma; donde finalmente, conosciutane l'innocenza, fu liberato, ed assolto dalla sospensione ritornò alla sua chiesa il dì 24 marzo 1554, con somma allegrezza dei buoni e con profonda vergogna de' suoi malevoli. Resse, con apostolico zelo altri quattro anni la chiesa bergamasca, meritandosi gli encomii e la stima di tutti. Morì a' 15 maggio 1558 in Venezia.

Dopo la morte di lui fecero i bergamaschi caldissime istanze al doge e al Senato di Venezia, perchè fosse concesso a pastore della loro chiesa il superstite LUIGI Lippomano, che qui era stato coadiutore dello zio Pietro, e che trovavasi tuttora al possesso della cattedra veronese. E le loro istanze furono esaudite. Vi ritornò egli dunque il dì 20 luglio 1558, e si può bene immaginare con quanto di giubilo tutto il clero ed il popolo della città e della diocesi bergamasca lo accogliessero di bel nuovo tra loro. Ma in capo ad un mese il sommo pontefice lo chiamò a Roma per affari di quella santa sede, ed intanto affidò l'amministrazione della diocesi bergamasca ad un nipote di lui, *Agostino Lippomano*, ch'era vescovo di Verona. Luigi, giunto a Roma, oppresso dagli anni e dalle fatiche, morì pochi mesi dopo a' 15 di agosto 1559. Fu sepolto nella chiesa di santa Caterina de' Funari, presso la porta laterale: gli fu posta l'epigrafe, oggidì quasi logora pel camminarvi sopra:

ALOYSIVS LIPPOMANVS EPISCOPVS BERGOMAS
HIC DIEM VLTIMAM EXPECTAT. VIXIT ANNOS
LXIII. OBIIT DIE ASSVMPTIONIS GLORIOSISSIMAE
VIRGINIS MARIAE MDLIX.

Amministratore della chiesa bergamasca fu deputato dal papa, addì 15 marzo 1560, il cardinale veneziano *Alvise Cornaro*, del titolo di san Marco: ma dopo dieci mesi ne rinunziò l'incarico a favore di un suo nipote Federigo Cornaro, ch'era vescovo di Traù; la sua promozione al vescovato di Bergamo fu ai 15 di gennaro 1561, e ne prese il possesso agli 11 di luglio. Appena entrato al governo della sua chiesa, ebbe l'amarezza di vedere demolita l'antichissima cattedrale di sant'Alessandro, per fabbricarvi la rocca militare ossia la cittadella a difesa della città. Perciò ne trasferì egli all'altra cattedrale di san Vincenzo i sacri tesori, le reliquie, i canonici, il clero; sicchè d'allora in poi una sola ne fu la cattedrale. Volle il saggio prelato, che a perpetua memoria dello stato e dell'esistenza del demolito tempio se ne stendesse pubblico documento da conservarsi nell'archivio; nè posso astenermi dal trascriverlo qui, per darne anch'io a supplemento storico informazione diligente ed esatta. Esso è il seguente:

FEDERICVS CORNELIVS

Dei et Apostolicae sedis gratia Episcopvs Bergomensis et comes
ad perpetvam rei memoriam.

« Noverint praesentes nostras, seu praesens pubblicum documentum
» inspecturi, quod cum anno a partu Virginis 1561 m. Jul. exeunte de
» munienda civitate Bergomi decretum a Repubblica emanavisset, prope-
» rante et curante illustrissimo d. Sfortia Pallavicino Venetae militiae ge-
» nerali ministro, atque inter magnam aedium sacrarum et domorum pri-
» vatarum ruinam, templum quoque primarium tutelaris divi Alexandri
» Christi martyris in suburbio Canali vocato positum, alterum quidem ex
» cathedralibus, quae huic uni civitati bona existunt, funditus demolien-
» dum esset, operae pretium nos facturos existimavimus si cum RR.
» fratribus nostris Praelatis et Canonicis Ecclesiae Bergomensis, pie

» provideremus, ne sanctorum venerandae reliquiae, quae in eo per tot sae-
» cula servatae fuerunt, hac repentina rerum immutatione perderentur, et
» una horum sanctorum antiquae pietatis memoria deleretur, divinique cul-
» tus detrimentum maximum pateretur. Templum igitur fuit vetustate insi-
» gne et reverentia et devotione percelebre, recens ex ea, quam per se ferebat
» antiquitate coacta residentium pecunia liberali, nova sartum contigna-
» tione picturaque expolitum. Erat in ea Ecclesia Bergomen. dignitas prae-
» positalis, residebant duodeviginti canonici numerarii ultra custodes et
» capellanos. Praepositus et canonici circa quotidianas distributiones pe-
» culiare capitulum facientes, in caeteris pro tempore cum rev. praelatis
» et canonicis divi Vincentii conveniunt et concurrunt. Templi navis a
» Cauro in Furum versa. Ante ipsam arcam antiquis sepulchris circum-
» data, ex area aditus patebat in porticum quatuor innixam columnis bi-
» nis ex marmore vetustate corrosis, alteris ex quadrato lapide. Desuper
» d. Alexandri statua equestris marmorea. Tribus januis a porticu ibatur
» in templum harum amplioris et media latera exornabant statuae primo-
» rum parentum marmoris caerulei. Ab ingressu ad chorum 50 cubito-
» rum longitudo. Hinc chori muri divisi, in quem quatuor ascenderetur
» gradibus, dimidio minor continuata protensio. Ibi altare majus ab hiber-
» num Orientem versum, ante altare sedilia residentium, prope illud Epi-
» scopi sedes, in templi latitudo per totum cubitorum XXX. in medio XII.
» aeque tecto sub distinctis columnis ex marmore, inter quas totius lati-
» tudinis medietas, lateribus conformi spatio contendentibus columna quae
» a dextris, erat; choro propior haerebat organum, ex adverso ara. In ea
» divorum martyrum Projectitii et Jacobi, ac Hesteriae etiam martyris et
» virginis nec non Joannis episcopi reliquias anno Virginei partus 299
» supra millesimum a monumento, quod in medio templi fossum erat
» fuisse religiose translatus autenticis docetur scripturis, sub choro per
» totum locus fornicatus, marmoreis columnis suffultus. In eum binis portis
» juxta utrumque templi paritatem XV descendebatur gradibus longa con-
» suetudine corpora sanctorum vocatum. Tria ibi sacella transennis fer-
» reis obserrata singulum altare continentia. Sub altare ejus quod medium
» erat divi Alexandri, in dextero divi Narni episcopi Bergomensis, in si-
» nistro divi Viatoris Narni successoris in episcopatu, Christi Salvatoris
» confessorum corpora tumulata irrefragabilibus memoriis comprobatur.
» Hic divorum ipsorum festis diebus sua cuique veneratio. Hic populi in

» adversis expiationi sacrarium, hactenus intactum inviolatumque crimine
» belli, bello postea propugnaculum futurum: extra templum qua in civi-
» tatem dextrorsum ibatur, magnae molis turris, cujus quae ab imo fre-
» quenti scalptura festinabatur evulsio templo lapsu inevitabili immine-
» bat. A sinistris areae fuerat sacellum Apostolorum principi dicatum, olim
» ob non omnino dissimilem occasionem dirutum. Illic ad meridiem secus
» civitatis moenia claustra antiqui canonicorum diversorii, haec conseque-
» batur domus a templi praeposito habitata cum ejusdem hortulis. Itaque
» operariis tum primum accersitis bis 1500, et pro loci tutela peditum
» 1800 et equitum levis armaturae 50 dato kal. Augusti munitioni prin-
» cipio nudiustertius praepositi domus dirui caepta et in templo statio mi-
» litum designata, in quo tamen cum dies esset Dominica et de more ad
» postremum celebraretur solemniter arma inter et milites frequens po-
» pulus affuit divinis audiendis; ubi lectio, quae tunc currebat evangelica
» dicens: *Et ut appropinquavit Jesus videns civitatem flevit super illam* et
» quae sequuntur, terrore plena, quasi tempori et actorum ordini ea quo-
» que divini sermonis series astipularetur, magnum astantium civium
» animis metum incussit et lacrymas ab oculis hausit. Post haec vero
» templo inevitabili impendente ruina aes campanum, organum, vasa, ca-
» lices, vestes, indumenta sacra, et omne mobile phani ornamento et di-
» vino cultui destinatum, curantibus praeposito et canonicis, confectoque
» de singulis per infrascriptum nostrum et dicti capituli cancellarium
» publico inventarii documento, et vestiaria a templo deportata et ad loca
» congrua, apudque fide et facultatibus personas idoneas deposita et con-
» signata fuere. Deinde vero visis per nos cum dictis RR. fratribus prae-
» posito et canonicis reliquiarum locis et quibus per earum detectione
» modis, quove pro translatione et repositione ordine et loco utendum
» esset, matura consultatione et deliberatione praehabita de ipsorum con-
» sensu loci custodia, donec translationis perficeretur officium, duobus ex
» eis, Ludovico Tertio et Gulielmo Berou demandandum curavimus, qui
» continuo adessent, devote detegi reliquias facerent, omnia et tuto et
» caute servarentur, ne quid ibi admitteretur profanum vel indecens pro-
» viderent. Iis munere sibi demandato fungentibus, quae infra dicentur,
» subsecuta sunt.

» Post aram, quae in medio posita erat D. Alexandro dicata, stabat
» pro pavimento lapis, quo quatuor parvis columnis marmoreis arculae

» ligneae ferreis laminibus praecinctae suppositis erat basis. Ara, atque
» his omnibus penitus sublatis, soloque aliquantisper suffosso, marmoris
» frustum inventum, in quo litteris majusculis MILES THEBANVS scri-
» ptum legitur: rursum per medium cubiti materici terrae quae sequeba-
» tur, praedictae: continuata fossione alius lapis omnino major et latior
» est inventus: et magna cum difficultate levato, erat enim sarcophagi
» proprium tegumentum, vas tribus cubitorum longitudinis ex albo mar-
» more detectum apparuit elaboratum exterius sculptura miram vetusta-
» tem referente, ex quo nulli dubium vas illud, ante humano generi clar-
» gitam salutem tumulandis gentilium cadaveribus comparatum, mox piae
» Christi martyris Alexandri sepulturae usum praebuisse, praesertim cum
» in medio sculptum extet epitaphium nomin.bus et characteribus anti-
» quam illam gentilitatem redolentibus, quod cum multae literae in totum
» tempore sint corrosae intelligi omnino non potest. In illo D. Alexandri
» ossa sparsim jacentia satis comminuta Altera vero a dextris divo Narno
» dicato, et arcula pene adhaerente in sarcophagi speciem ex lapidibus et
» caemento simili modo sublatis post perfossum pavimentum et lapidem,
» qui subter jacebat revulsum, solo aliquanto altius excavato alius lapis
» detectus, qui dum levaretur per longum scissus apparuit. Is contegebat
» monumentum albo ex marmore longitudinis cubitorum trium aut eo
» amplius. In eo erant aquae limpidae unciarum trium et ossa humani
» corporis disjuncta quidem inter se et perfracta calvaria, caeterum quasi
» per articulorum ordinem adjacentia aqua circumfusa, haec Divi Narni
» reliquiae antiquis traditionibus perhibentur. Itum subinde est in alterum
» quod est a sinistris sacellum divo Viatori dicatum, ibi quoque sub loco
» altari et lapide, qui subter jacebat sepulchrum detegitur et in eo calva-
» ria et acervus ossium, quae divi Viatoris corporis vetustissimis testan-
» tibus monumentis inconcusse sunt habitae. Hic inter effodiendum duo
» item ex marmore frusta reperta sunt rudibus characteribus epitaphia
» continentia pia sane verba et latini sermonis puritate carentia, quo-
» rum propterea quod marmor est in parte perfractum integer sensus
» haberi non potest; alterius tamen quod majus est, et melius legitur
» verba sunt, videlicet, *B. martyris Alexandri preciosissimus thesaurus,*
» *intus quoque Episcopus III Narnus Christi Confessor, cujus successor*
» *extitit sanctissimus Viator ipsi habent in aeternum vitam, requiem et*
» *suas animas, quae de morte pro sua fide ex IV. ut de iniquis se abstinetis*

» *et IV. Hic Confessor Domino servieris V. in humilitatem et mansuetudi-*
» *nem V. et requiem sempiternam.*

» Sanctis hoc modo repertis reliquiis, rursus propriis fuere tegumen-
» tis sepulchra contecta, ita tamen ut quodlibet ab uno latere introspici
» posset ardentibus juxta eorum singulum binis cereis. Haec omnia sunt
» acta pridie nonas Augusti, et postridie publico documento per cancella-
» rium eundem de supra confecto. Nonis ipsis Augustis eorum omnium,
» siculi acta et inventa fuerant a canonicis, quibus curam demandavera-
» mus certiores facti eo adivimus cum pluribus Ecclesiasticis et aliis nobi-
» libus laicis constipantibus, et sanctas reliquias venerati singula diligenter
» perspeximus, quo etiam die eisdem nonnullis, que ex familiaribus nostris
» et pluribus etiam aliis personis praesentibus, ab altare, quod in templo
» Divae Virgini et martyri Hesteriae dicatum fuerat, tabulam levari mar-
» moream fecimus, quae super imposita aram efficiebat, in qua antiquis
» characteribus insculptum legitur illud epitaphium quod Franciscus Be-
» lafinis in commentariis, quae de temporibus civitatis Bergomi edidit, est
» primo loco relatum, sub marmore erat arcula ligneis clavis obserrata et
» ferreis bracteis circumdata. Arculae infixa exterius bina in membranis
» documenta de reliquiis, deque earum translatione mentionem facientia
» et ejus singulis quatuor lateribus nomine Divorum inscripta, quorum
» reliquiae ibi separatim sunt positae. Arcula sicut erat obserrata, quo
» tutius donec translatio fieret haberetur in locum reliquiarum, quae su-
» pra diximus sanctorum corporum deferri, et ibi accensis pariter ad ea
» cereis una observari curavimus. In sequenti vero die rursus eo loci re-
» versi cum Rev. D. Hieronymo Montio Brixien. Vicario nostro ac prae-
» posito, et canonicis in ipsa Ecclesia residentibus, Venerab. D. fratre Jo:
» Ambrosio Barbavario ord. praed. theologo Patavino, multisque aliis
» presb. et clericis arcula reserata reliquias ipsas sanctas videre voluimus,
» plura itaque ibi visa sunt ossa separatim posita affixis ubique chirogra-
» phis membranae inscriptis juxta singulorum ipsorum divorum reliquias
» eorum tum nomina tum aliqua ex meritis continentibus his devote dili-
» genterque visis, documentisque et chirographis antedictis per tabellionem
» exscriptis, arcam iterum claudi jussimus et de singulis publicum tradi et
» confici documentum et postera die, quae dies fuit septima Augusti, cum
» antedicto R. Vicario nostro comitantibus sp. DD. Lactantio Marchesio,
» Paulo Baniato et Paulo de Suardis ad id civitatis decreto electis,

» eodemque Ven. D. fratri Jo: Ambrosio Theologo, pluribusque aliis Ec-
» clesiasticis et nobilibus laicis sacrarium rursus adivimus. Ibi prece sup-
» pliciter Deo porrecta, sepulchra sublatis tegumentis rursus aperiri cu-
» ravimus, et ex eis adjuvantibus eisdem Ludovico Tertio et Gulielmo
» Beroa canonicis, sancta ipsorum trium divorum ossa cum eorum frag-
» mentis diligentissime levata, in alia arcula lignea teniis ferreis permunita,
» jam pridem ea de causa comparata distincte in tribus dipartitis locis,
» succinente choro, ipsorum divorum orationes, qua decuit veneratione
» et reverentia deposuimus, et chirographis interius suo loco affixis, qui
» singulas cujus sint divi reliquiae indicarent. Arculam claudi fecimus
» scriba eorum, quae acta sunt, omnium publicum documentum tradere
» et conficere jusso. Eodem in loco sanctorum reliquiarum arculae ar-
» dentibus continuo cereis usque ad translationis diem fideli sub custodia
» remanserunt. Interea ruente a culmine templo, templique ministris tegu-
» las, lignea laquearia, transennas, columnas, cultos, lapides, omni vehi-
» culorum genere abduci ex ruina, et ad honestum aliquem locum com-
» portari curantibus. Data est facultas universo populo visendi reliquia-
» rum locum, dispositis ad utrumque ostium scandalis evitandis custodi-
» bus, provisoque ut ab ortu solis usque ad horam nonam viris dumtaxat,
» ab hora nona usque ad vesperas solis mulieribus pateret accessus. Dum-
» que etiam interea per dictos dominos praepositum et canonicos apud
» nos ageretur et consultatio fieret de sanctorum corporum translationis
» loco, idque in non modicum discrimen versaretur, monitu et hortatu
» nostro conclusum, ut in altero cathedrali divi Vincentii templo, in quo
» reliqui praelati et canonici Ecclesiae Bergomen. resident, reponantur,
» ibique debita veneratione et custodia observentur, et pactione inter
» utrumque capitulum ultro citroque solemniter inita, ut si aliquando ex
» sedis Apostolicae licentia templum aliud sub invocatione divi Alexandri
» martyris aedificari contingat, in quo praepositus et canonici uti hacte-
» nus residentiam faciant, tunc ipsa sancta corpora, sanctaeque reliquiae
» eo integre transferantur, omni impedimento et contradictione penitus et
» omnino cessantibus. His tertio Idus Augusti transactis, Idibus ejusdem,
» mane ejus diei longo religiosorum et universi cleri ordine praeeunte,
» canonicisque de more revestitis per vices oneri succedentibus vi multa
» cereorum accensa, et praesidibus civitatis nobiscum magna stipante
» equitum et nobilium caterva, feretra comitantibus mira praetristis (ut

» ferebat tempus) et lacrymabundi populi devotione inter supplicationes
» reliquiarum translatio subsecuta, et successive XIII Kal. septembris
» perfecta jam ad turris ruinam sufficiens scalptura vesperi ejus diei sub-
» liciis ignis admotus, illa postridie flammis exesa lapsui concesserunt.
» Eo lapsu campanile et quicquid templi parietum adhuc ruinae supere-
» rat, solo exaequatum. Turris enim erat magnitudine et structura insi-
» gnis, singula quaterna facie exterius lata cubitis XX. et quatuor totidem
» supra terram ad coelum porrecta, quae cadens antequam solum per-
» cusserit, multas in partes disjecta est. Kal. vero Sept. quo die novis ci-
» vitatis moenibus dandum erat principium, eodem fere ordine, quo san-
» ctorum corpora sunt translata, eo loci itum, ubi inter civitatem et arcem
» Capellam vocatam, majus caeteris propugnaculum designatum fuerat. Ibi
» per nos re sacra pro benedictione transacta qua Collis vineta castaneta
» despectat, Sfortiae auspiciis primarius lapis solemniter fundamento ja-
» ctus. In quorum omnium et singulorum fidem etc.

» Datum et actum Bergomi in Palatio nostro Episcopali Kal. Sept. anni
» 1561. Ind. IV. Pontificatus sanctiss. D. N. D. Pii divina providentia
» Pp. IV, anno II, praesentibus ibidem sp. viris D. D. Hieronymo et Chri-
» stophoro ambobus de Vavassoribus civibus et notarii Bergomens. testi-
» bus ad praemissa specialiter vocatis, et rogatis etc. »

Procurò dipoi lo zelante vescovo, che il clero di sant'Alessandro si unisse a formare un solo clero con quello di san Vincenzo: al qual fine di unanime accordo fu esteso pubblico istrumento a' 17 dicembre dello stesso anno 1561. Fu il vescovo Federigo tra i padri del sacro concilio di Trento, e ritornato alla sua diocesi adoperossi con tutto l'impegno ad introdurvi la disciplina e i regolamenti stabiliti in esso. Celebrò tre volte il sinodo diocesano; a' 4 settembre 1564; a' 10 maggio 1568, ed a' 15 settembre 1574. Riordinò il capitolo della cattedrale, composto, come s'è detto dei due capitoli, e n'estese il relativo decreto il dì 1 agosto 1575. Fondò il seminario dei cherici nell'antica canonica di san Matteo; piantò le scuole della dottrina cristiana; ampliò il palazzo vescovile; fu ai primi quattro sinodi provinciali tenuti da san Carlo Borromeo, ed anche lo accolse in Bergamo visitatore apostolico nel 1575. Finalmente a' 19 di luglio 1577 fu trasferito al vescovato di Padova. Gli fu successore sulla sede bergamasca il veneziano GEROLAMO Ragazzoni, il quale era stato da

prima vescovo di Nazianzo, poi di Famagosta, donde per l'invasione di quella città dalle armi turche fu trasferito alla sede di Chissamo, nell' isola di Candia: poi fu destinato al governo della chiesa di Novara; ma non potendovisi recare, impeditovi dalle armi spagnuole, venne promosso al vescovato di Bergamo, nel dì stesso, che il suo antecessore fu trasferito alla sede padovana. Sostenne onorevoli incarichi di visitatore apostolico, di delegato apostolico, di riformatore della claustrale disciplina ed altri simili. Celebrò cinque volte il sinodo diocesano: fu generoso verso la sua cattedrale, a cui tra le molte altre cose, donò un ricchissimo corredo di apparamenti pontificali; accolse i cherici regolari teatini nella chiesa di sant' Agata: fu al quinto sinodo provinciale di san Carlo e ne sottoscrisse gli atti. Morì in Roma il dì 7 marzo 1592 e fu sepolto nella chiesa di san Marco, ove nel pavimento gli fu scolpita l' epigrafe:

D. O. M.

HIERONYMO RAGAZONIO VENETO EPISCOPO BERGOMENSI, QVI IN CONCILIO TRIDENTINO PLVRIMIS VISITANDIS ECCLESIIS IN GALLIA NVNTIVS A GREG. XIII. MISSVS PIETATIS DOCTRINAE ET PRVDENTIAE EXEMPLA DEDIT DVM SANCTIMONIALES JVSSV CLEMENTIS VIII. DILIGENTER ET SVA CVM LAVDE VISITABAT, MAGNO CVM PONTIF. ET PIORVM HOMINVM DOLORE EX HAC VITA MIGRAVIT.
AVGVSTINI VALERII TIT. S. MARCI AMICI VETERIS JVSSV
HOC MONVMENTVM PONITVR.
VIX. ANN. LV. M. VIII. D. XIV.
OBIIT ANN. MDVIIIC. NON. MART.

Dopo la morte di lui, venne eletto a governare la vedova chiesa il veneziano Giambattista Milani, proposto generale dei cherici regolari. La sua elezione fu agli 8 di aprile dell' anno stesso. Governò con saggezza e con zelo il gregge affidatogli, premuroso d' imitare gli esempi del suo antecessore. Ma in capo a tredici anni, oppresso per la vecchiezza, ne fece rinunzia nell'anno 1611; benemerito di aver fatto vieppiù sempre fiorire nella sua diocesi il decoro del sacro culto, e di avere arricchito di argenterie la sua cattedrale; di avere tre volte radunato il sinodo diocesano; di avere

procurato ai poveri e particolarmente alle donzelle nubili opportuno collocamento. Morì nel 1617 e fu sepolto in cattedrale. Gli fu successore ai 18 di aprile 1611, il gentiluomo veneziano Giovanni V Emo; il quale nella visita pastorale della diocesi consecrò molte chiese, e diedesi grande premura per far cessare ogni motivo di discordia tra i canonici delle due cattedrali, uniti nella sola di san Vincenzo. Si adoperò con sommo impegno per la rifabbrica della cattedrale stessa, già ridotta per vecchiezza a grande deperimento. Celebrò nel 1615 il sinodo diocesano: fondò a sue spese un monastero di benedettini a Gandino e ne dedicò la chiesa a san Carlo Borromeo: morì a' 16 ottobre 1622. Sottentrò nel governo pastorale, a' 20 marzo del seguente anno, il veneziano gentiluomo Federigo II Cornaro, chierico della camera apostolica, il quale vi prese il possesso a' 21 dicembre susseguente; a' 29 gennaro 1626 fu decorato della sacra porpora, ed agli 8 di febbraro 1627 fu trasferito al vescovato di Vicenza. Qui sottentrò il dì stesso, un altro gentiluomo veneziano, Agostino Priuli, figlio del doge: era abate secolare della Vangadizza: tenne in Bergamo il sinodo diocesano nei giorni 4, 5 e 6 maggio 1628: morì di contagio a' 4 di ottobre 1631, nella suindicata badia, ov'erasi ritirato. Resse dopo di lui la chiesa bergamasca il veneziano gentiluomo Luigi II Grimani, eletto a' 10 novembre dell'anno stesso. Ristaurò ed abbellì il palazzo vescovile; tenne due volte il sinodo diocesano, a' 4 giugno 1636, ed a' 17 giugno 1648. Infermo di podagra venne ad abitare in Venezia, ove morì a' 4 dicembre 1656: lasciò in testamento molti sacri arredi alla sua cattedrale ed al monastero di santa Grata.

Successore del Grimani ascese sulla cattedra pastorale di Bergamo il rinomatissimo Gregorio Barbarigo, canonico di Padova; assuntovi a' 9 di luglio 1657. Delle sue apostoliche sollecitudini sarebbe troppo lungo il volere minutamente parlare. Intraprese la visita pastorale della diocesi, e v'impiegò molti mesi, con sommo profitto spirituale del suo gregge: fu decorato della sacra porpora il dì 5 aprile 1660. Nell'anno stesso, il dì 1.° settembre, radunò il sinodo diocesano, per far rivivere anche nella sua diocesi la sacra disciplina sulle norme stabilite da san Carlo, di cui si rese diligentissimo imitatore. Nell'aprile del 1664, fu trasferito al vescovato di Padova, sottentrando qui suo successore altro gentiluomo veneziano, Daniele Giustiniano, già primicerio di san Marco. Si adoperò questi a tutt'uomo per lo prosperamento della sua diocesi, per l'ingrandimento del seminario,

per lo miglioramento delle rendite episcopali. Tenne tre volte il sinodo diocesano: ai 15 marzo 1668, a' 5 giugno 1679 ed a' 3 aprile 1687. Ricusò l'offertogli vescovato di Vicenza: eresse due monasteri per monache, a san Pietro di Terzo nel 1676, ed a Serina nell'anno dopo, sotto l'invocazione della santissima Trinità. A merito di lui è da attribuirsi la canonica unione dei due capitoli per guisa, che siccome una sola della chiesa bergamasca era la cattedrale, così uno solo ne fosse anche il capitolo. Al che volontieri aderì il sommo pontefice Innocenzo XI, decretandone le condizioni con la bolla, che qui trascrivo.

VENERABILI FRATRI EPISCOPO BERGOMEN.

INNOCENTIVS PAPA XI.

VENERABILIS FRATER SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

« Exponi nobis nuper fecerunt dilecti Filii Capitulum et Canonici san-
» ctorum Vincentii et Alexandri istius Ecclesiae Bergomensis, quod du-
» dum, videlicet anno ab Incarnatione Dominica tercentesimo, sancta mu-
» lier Grata in summitate montis, vulgo Borgo Canale nuncupato, ejusdem
» civitatis amplissimam ecclesiam construxit, eamque sancto Alexandro
» martyri dedicavit, ac in illa ejusdem sancti Alexandri corpus apud dictam
» civitatem in summa veneratione habitum reconditum fuit, dictaque Ec-
» clesia subinde pro unica cathedrali reputata, et successive trium dignita-
» tum et unius supra quadraginta canonicorum collegio decorata fuit.
» Postmodum anno CMVIII, Adalbertus de Carimalis memoratae civitatis
» Episcopus, ad preces Berengarii senioris, dum vixit, Italiae Regis, aliam
» Ecclesiam, quae tunc sanctae Agneti martyri dicata reperiebatur, in ho-
» norem sancti Vincentii martyris, quem idem Berengarius praecipuo
» cultu prosequebatur consecravit, illamque utpote in medio civitatis ex-
» tructam, adeoque functionibus episcopalibus peragendis opportuniorem
» primo dictae antiquae Ecclesiae sancti Alexandri, e qua ad dictam no-
» vam cathedralem archidiaconum, archipresbyterum et vigintiquatuor ca-
» nonicos transtulerat, concathedralem declaravit, atque ex divisione hu-
» jusmodi innumera dissidia et plures lites ortum habuere, in quibus ta-
» men pro certo semper et incontroverso habitum fuit, ecclesiam cathedra-
» lem Bergomen. duabus quidem materialibus ecclesiis sed unico tamen

» capitulo constare. Subinde vero anno MDLXI cum Venetae reipublicae
» jussu civitas praedicta novis firmioribusque munimentis cingeretur, prae-
» dicta antiqua sancti Alexandri cathedralis ecclesia demolita fuit, eaque
» de causa dictae ecclesiae canonici inde memorati sancti Alexandri, alio-
» rumque sanctorum corpora ad quamdam cappellam alterius concathe-
» dralis ecclesiae sancti Vincentii transtulerunt, inita cum secundo dictae
» ecclesiae canonicis conventione, ut una cum eis in eodem choro reside-
» rent, ea tamen lege, ut inde discedere et sacra ipsorum supellectilia, di-
» ctaque sanctorum corpora, quoties ipsis visum fuisset, vel novam eccle-
» siam in honorem sancti Alexandri martyris praedicti construxissent, sive
» elegissent, secum asportare possent, ac cum pactis et conditionibus hu-
» jusmodi, utriusque cleri impermixto censu manente ex tunc usque in
» praesens, non tamen absque continuis discordiis et innumeris litibus,
» continuarunt. Porro ad illas omnino sedandas et ad pacem firmiter
» tandem inter eos stabiliendam, quatenus ad id noster et sedis apostolicae
» assensus accederet, ad quandam transactionem seu concordiam devenire
» decreverunt cum diversis pactis et conditionibus contentis in actu capi-
» tulari desuper confecto, tenoris, qui sequitur, videlicet:

» *In Christi Nomine Amen. Die 18 Augusti 1687. Indict. X. Pontifica-*
» *tus autem sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri D. Innocentii*
» *divina Providentia Papae XI, anno XI. In capitulo generali cathedralis*
» *Eccl. Bergomen. intimato legitime et congregato, loco et hora solitis et*
» *consuetis a Reverendissimo D. com. Joanne Baptista Vertua J. U. D. prae-*
» *posito cathedralis, ad quem de jure et consuetudine praesens convocatio*
» *pertinet, vacante archidiaconatu, ut constat ex mandato et relationibus*
» *custodum, ut in actis, in quo aderant infrascripti Reverendissimi Domini,*
» *qui sunt et repraesentant integrum generale capitulum D. D. Praelato-*
» *rum et Canonicorum hujus cathedralis, videlicet:*

» *Jo: Baptista Vertua J. U. D. com. praepositus.*
» *Jacobus Mutius J. U. D.*
» *Antonius Maria Morus S. T. et J. U. D.*
» *Angelicus Mapellus coad. D. Antonii Minoli.*
» *Petrus Morandus J. U. D.*
» *Gotifredus Besius.*
» *Hieronymus Medolacus.*

» *Ludovicus Alexandrius S. T. D. procur. etiam D. Julii Caesaris*
» *Furietti pro ut de mandato ego cancell. rogatus fui.*
» *Franciscus Scottus.*
» *Thomas Vacius.*
» *Camillus Fuginellus.*
» *Guardinus Colleo com.*
» *Com. Vincentius Barzizia.*
» *Petrus Banniatus J. U. D.*
» *Franciscus Vecchius.*
» *Defendus Vecchius J. U. D.*
» *Camillus Alexandrius.*
» *Ezechiel Sollia marchio.*
» *Julius Alexandrius J. U. D. procurator etiam D. D. Antonii Gris-*
» *mundi et Petri Negroni J. U. D.*
» *Antonius Maria Albanus com. primicerius.*
» *Andreas Praezatus J. U. D.*
» *Leonardus Medolacus.*
» *Petrus Franchettus J. U. D. coad. D. Jacobi Franchetti.*
» *Alexander Galliciolus.*
» *Bernardinus Rota coad. D. co: Jo. Bapt. Gromuli.*
» *Jo. Jacobus Pezzolus.*
» *Torquatus Albanus.*
» *Hieronym. Mutius S. T. D. poenitentiarius.*
» *Martinus Vertua com. S. T. D.*
» *Pompillius Abbas co. Pelliciolus S. T. et J. U. D.*
» *Sigismundus Tominus S. T. et J. U. D.*
» *Franciscus Michaël槽araria.*
» *Jo. Baptista Tassus.*
» *Jo. Paulus Cabrinus J. U. D.*
» *Martinus Ant. Guerrinus S. T. et J. U. D.*
» *Jo. Paulus Jupponus theol.*
» *Franciscus Vassellinus de Mutiis J. U. D. procur. etiam D. Jo.*
» *Pauli Sant' Andreae et D. Jo. Baptistae Mojoli J. U. D.*
» *archipresb.*

» *Consideratum fuit, quod maxima sicut sanctitatis et beneficientiae*
» *erga civitatem istam Bergomen. divi Alexandri Thebei merita extiterunt,*

» *ita semper prae mentis oculis habita et grati animi meditatione per-*
» *pensa fuere; Hic enim Christianam fidem a divo Barnaba apostolo in*
» *hac urbe primum satam* (1), *verum temporum hominumque injuria are-*
» *scentem ac pene intermortuam praedicatione et exemplo iterum excitavit*
» *et martyrii palma decoratus proprio sanguine irrigavit, suisque morta-*
» *litatis spoliis relictis numquam desiit dilectissimam sibi ac commen-*
» *datissimam civitatem novis favoribus ac beneficiis in dies cumulare,*
» *inter quae illud et praecipue cunctis recolendum temporibus, quod pa-*
» *triam hanc dura obsidione pressam ab extremi excidii periculo hostium*
» *duci apparens liberavit. Pro quibus tot tantisque beneficiis, ut gratae*
» *pietatis testimonia Patrono gloriosissimo pro viribus rependantur, pro*
» *ut et civium universorum vota jam diu exposcunt, optimum visum fuit*
» *augustiori et splendidiori specie cathedr. templum erigere, idque uni*
» *sancto Alexandro patrono optime merito dicare et inaugurare. Quod*
» *quidem laudabile desiderium impediri perpensum fuit variis de causis*
» *tum antiquis tum recentibus et praesertim stantibus duabus congregatio-*
» *nibus canonicorum, quae diviso Ecclesiastico patrimonio et ejusdem re-*
» *gimine et titulo in partes capitulum generale sejungunt. Hac de causa*
» *habita oratione de more, matura deliberatione praemissa, ad Dei gloriam*
» *et honorem, ad civitatis ornamentum, ad omnium bonorum vota, ad ca-*
» *nonicorum quietem posita fuit pars supprimendi duas antiquas congre-*
» *gationes, uniendi patrimonium, mobilia omnia, jura cappellarum, ac ti-*
» *tulorum institutiones, jurapatronatus, privilegia, redditus altarium et*
» *omnium fabricarum, jurisdictiones et praerogativas, et omnes domos ca-*
» *nonicales, juxta instrumenti tenorem editi cum decreto illustrissimi D.*
» *Ordinarii an.* 1614. *die* 26 *martii, cum additionibus et mutationibus*
» *juxta formam et modum sequentem, ita ut praesenti deliberatione, ob-*
» *tento sanctae Sedis beneplacito, nec non verificatis conditionibus, de*
» *quibus infra et in sequenti instrumento intelligatur suppressus titulus*
» *sancti Vincentii et denominetur tum capitulum tum Ecclesia cathedralis*
» *sive antiqua haec sive nova construenda, verificatis conditionibus infra-*
» *scriptis sub titulo unico solius sancti Alexandri majoris, et non aliter,*

(1) Lo dicono in questa loro convenzione i canonici; ma la buona critica non ci permette di acconsentirvi. Vedasi a tale proposito ciò che ne dissi nella pag. 450, e dove ne parlai estesamente nella chiesa di Milano, pag. 37 e seg.

» *nec alio modo, cum promissione et obbligatione Reverendissimorum Do-*
» *minorum praelatorum et canonicorum stipulando solemniter in capitulo*
» *generali dictum praesens instrumentum juxta minutae tenorem et for-*
» *mulam sequentem, obtento tamen prius et praesentato actualiter in ge-*
» *nerali capitulo beneplacito apostolico in autentica forma super capitibus*
» *minutae infrascripti Instrumenti de suppressione cathedralitatis tituli*
» *sancti Vincentii et intitulatione solius sancti Alexandri in unicam ca-*
» *thedralem civitatis Bergomi. Item exhibito prius consensu in scriptis il-*
» *lustrissimi et reverendissimi domini Episcopi et nobilium Deputatorum*
» *ad fabricam, nec non facta prius constructione totius chori novi per bra-*
» *chium supra solum aequaliter elevata pecuniis Montis fabricae hujus ci-*
» *vitatis, quibus praemissis et exequutis et non aliter, immediate proce-*
» *datur ad minutae sequentis instrumenti stipulationem, expressa condi-*
» *tione, quod eadem ipsa die, qua fiet stipulatio, fiat etiam intitulatio et*
» *consecratio hujus cathedralis sub invocatione solius sancti Alexandri, ita*
» *ut si haec tria, videlicet stipulatio, intitulatio et consecratio non se-*
» *quantur eadem die, ipsa stipulatio sit et intelligatur nullius effectus, ro-*
» *boris, vel momenti, et dictis tribus eadem die sequutis intelligatur facta*
» *et consummata unio integra massarum et mensarum juxta tenorem se-*
» *quentis minutae et suppressae intelligantur unico contextu particulares*
» *congregationes tam sancti Vincentii quam sancti Alexandri, ita ut in*
» *omnibus et per omnia praelati et canonici utriusque dictarum congre-*
» *gationum sint unicum capitulum cum unica ecclesia et unico patrimonio*
» *sub titulo solius sancti Alexandri, prout fuit ante Episcopum Adalbertum*
» *Carimalum. Verum quia pendente conditione fabricae fundamentorum novi*
» *chori ante consumationem unionis massarum et mensarum erunt diruen-*
» *dae nonnullae domus canonicales, ideo ne alicujus praejudicium sequa-*
» *tur, statuitur, quod annis singulis afficlus domorum diruendarum contri-*
» *buatur illis canonicis sancti Vincentii, in quorum detrimentum fiet ipsa*
» *dirutio ex redditibus fabricae sancti Vincentii, donec et quousque fuerit*
» *stipulatum sequens instrumentum et eadem die sequetur unio et confusio*
» *massarum et mensarum, quibus sequutis, omnes afficlus praedicti finiti*
» *et extincti intelligantur. Caeterae autem domus canonicales, nulla exce-*
» *pta, conferantur die supradicta, sequuta intitulatione et consecratione in*
» *unicam massam et mensam comunem omnibus praelatis et canonicis; quod*
» *si domus illa, quam tenebat dominus archidiaconus, et modo titulo optionis*

» *tenet D. Archipresbiter praetensa fuerit inoptabilis et inseparabilis ab*
» *archidiaconatu, teneatur congregatio sancti Vincentii propriis expensis*
» *ante sequutam unionem in judicio et extra se opponere archidiacono et*
» *in casu quo declaretur et judicetur ipsam esse inoptabilem, tunc subse-*
» *quente postea unione archidiaconus participare non possit ex massa re-*
» *liquarum domorum, quae communes remanebunt D. D. praeposito, archi-*
» *presbytero et aliis omnibus canonicis, solo excepto archidiacono, modo*
» *et forma pro ut continetur in cap. II sequentis Instrumenti. Quae qui-*
» *dem omnia et singula sic ut supra positis conditionibus contenta omnes*
» *D. D. Praelati et Canonici Ecclesiae Bergomen. nomine suo et successo-*
» *rum promittant et promisisse intelligantur per partis praesentis accepta-*
» *tionem modo occultis suffragiis faciendam sub strictioribus vinculis exe-*
» *cutivis perpetuis futuris temporibus grata, rata, firma et stabilia habitu-*
» *ros, eaque inviolabiliter sibi vicissim observaturos et executuros, neque*
» *ullo unquam tempore contraventuros, tam coniunctim, quam divisim dire-*
» *cte vel indirecte, per se vel alium, seu alios, in judicio vel extra, omni et*
» *quacunque facti et juris exceptione, oppositione et cautela penitus remotis*
» *et exlusis, renuntiantes etc. sub poena omnis damni, expensarum et in-*
» *teresse, etiam in ampliori forma Camerae Apostolicae extendenda omni*
» *meliori modo etc. et pro omnium praedictorum consecutione et executione*
» *eligantur quatuor Deputati, duo videlicet pro qualibet congregatione, ad*
» *hoc ut impetrent beneplacitum apostolicum super omnibus capitibus se-*
» *quentis minutae stipulandae tempore quo supra et successive executioni*
» *mandandae per Capitulum. Item cum facultate praedictis D. D. Deputatis*
» *attributa petendi et impetrandi consensum illustrissimi et reverendissimi*
» *domini Episcopi nostri in scriptis et nob. D. D. Deputatorum ad Montem*
» *fabricae illustrissimae Civitatis, talesque consensus una cum beneplacito*
» *apostolico praesentandi in capitulo generali, ad hoc ut servatis servandis*
» *procedatur ad actualem inchoationem et prosequutionem fabricae supra-*
» *dictae, cum opportunis facultatibus agendi et expendendi ex redditibus*
» *utriusque congregationis aequaliter, nec non constituendi idoneum pro-*
» *curatorem, etiam cum facultate substituendi ad porrigendam supplica-*
» *tionem Sanctissimo et ubicunque opus fuerit super praedictis eo modo quo*
» *fuerit necessarium et opportunum. Tenor minutae instrumenti est ut*
» *sequitur.*

» *In Nomine Domini Nostri Jesu Christi et ejusdem intemeratae*

» *Genitricis. Amen. Catholica fides ab ipso nascentis Ecclesiae primordio*
» *in hac Bergomensi Civitate etc.*

OMISSIS (1).

» Hic cadunt solemnia publicationis faciendae in actis notariorum post
» obtentam licentiam, sive beneplacitum sanctae Sedis Apostolicae, sic
» contrahendi, uniendi et concordandi et post verificatas conditiones, de
» quibus in parte Reverendissimi Capituli praesentia. Quae pars praesens
» cum toto praemissi instrumenti minutae tenore bene audito et perpenso
» datis suffragiis habuit vota favorabilia omnia. Cum autem, sicut eadem
» expositio subjungebat praemissa in majus Dei servitium ac exponentium
» tranquillitatem Domino benedicente cessura sint, nobis propterea expo-
» nentes praedicti humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in eisdem praemis-
» sis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur ; Nos igi-
» tur ipsos exponentes specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes
» et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspen-
» sionis et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a
» jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomo-
» dolibet innodatae existunt ad effectum praesentium tantum consequen-
» dum harum serie absolventes et absolutas fore censentes, hujusmodi
» supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E.
» Cardinalium Concilii Tridentini interpretum consilio Fraternitati tuae
» per praesentes committimus et mandamus, ut veris existentibus narra-
» tis, et postquam compereris, transactionem hujusmodi in evidentem
» Ecclesiae utilitatem fore cessuram, eisdem exponentibus petitam facul-
» tatem transigendi cum pactis et conditionibus supra expressis auctori-
